

P H Æ N I X

Decoris & Ornamenti.

Provinciæ, Poloniæ,

S. Ordinis Prædicatorum.

D. HYACINTHUS Odrovansius.

R E D I V I V U S

In Magnanimitate Vitis, Sanctitate Vitæ, Scientia & Eruditione, Cultus Diæ
vini zelosissima Promotione, Vestigiis ejus inhærentibus, pro Decore ac
Ornamento Provinciæ, Posteris demùm, ad imitandum, quam diutissime
superstitibus, in Vita

P R A E S E N T A T U S

Nunc.

In Pignus Æviternæ Obligationis.

ILLUSTRISSIMO ac EXCELLEN: DOMINO

D. THEODORO

Comiti in Ivanowice.

K O Z M I N S K I

PALATINIDÆ CALISSIENSI, in Swarzec. Dubin & Iutrośn &c. &c.

Domino Hæreditario Mecenati Amplissimo.

O B L A T U S

Per

Patrem Fratrem FELICIANUM NOWOWIEYSKI, S. Th. Magistrum
Provinciæ Poloniæ Conventus Polnaniensis Ordinis Prædicatorum

Anno Domini 1752

POSNANIAE Typis ACADEMICIS,

I N G E N T I L I T I U M D E C U S
K O Z M I N S C I O R U M.



* Bibliothek
Bibliothek
Zentralbibliothek
Oberösterreichische

I.
Flores supereminet omnes Claudiānus Et Rosa pūpureo, erescit jucunda colo-
re. Virgil Inscripti Nomina Regum nascuntu. Flores Idm Floret odoratis
tērra benigna Rosis Tibull. Quemeq; frigoribus Boreas, nec sīrius urit Āsti-
bus zētēno, sed veris honore rubentes Claud Quondam Veris erat, nunc tua-
facta Rosa est Martial.

II.
De radijs, lux nata, Crucis Horat. Adde cruces, spes est, ut sacros pūpurea
Honores, Nuntiet. Barlaus. Huic supremus de cruce surgit honor D. Venant.
Virtus celsa crucis, Idem.

Ad ILLUSTRISSIMUM ac EXCELLENTISSIMUM DNUM,
D. THEODORUM
Comitem de Jwanowice.
KOZMINSKI,
PALATINIDAM CALISSIENSEM
MECENATEM AMPLISSIMUM,

P R A E F A T I O.

Redivivus in Viris, Sanctitate ac omni virtute, & Sæ-
pientia conspicuis, etiam hoc sæculo Phænix Divi-
nissimus Hyacinthus, ex Religionis umbris, ad Tua con-
volat Limina, in Gratiose, nidificaturus simu. Mecænas
Illustrissime. Non solum illum totam vincens Sabæam,
& Europæum recreans Orbem, Tuæ Gentilitiæ ROSÆ
allicit fragrantia, sed & Altitudo GENERIS, quæ, quibus
vis superemines Festigij, est illi plusquam cælum versus,
educta Montium Frontis copia, in quibus securè conquie-
scat. Nativi hoc ipso, semper Domestici KOZMIN-
SCIORUM Splendores, quibus, o quam pulcherrimè, Po-
loniæ relucescit Polus loco solis, Principis Planetarum ra-
dijs, hoc efficiunt, ut Phænix Hyacinthus, post tot sæ-
cula, possit hodie in Publicum provolare. Pretiosissimus,

æternitatis insertus Annulo Vnio Hyacinthus, nullibi
pulchriùs, quam intra Illmæ Domus Tuæ sphæram, quæ
totum Lechicum, complectitur Orbem, potuit radiare. No-
bilissimus, è Sarmatiæ Campis, in Cælestem transplantatus
Paradisum Flos Hyacinthus, ad purpureum, Altì Tui San-
gvinis Mare, & Avitas KOZMINSCIORUM Ro-
fas sua explicat Centifolia.

Augusta Procerum Lechia Propago Divinissimus Odro-
vansius, non sine numerosa Fratrum suorum Caterua, ad
Te, iuremeritò properat, Qui etiā ex Os, de Ossibus ejus,
scil. per Mielzkowscios Odrovansius: & inde pacifi-
cum sibi pollicetur ingressum, quod intra Domus Tuæ
penetralia, uti à tot sœculis jure Sangvinis Domesticus,
standi habebit locum. In hac Domo, omnis illi Majestas,
omnis erit Magnificentia, cùm idem sit KOZMINSCI-
ORUM Domus vel ipsa intrare Propylæa, quod Jovis.
Capitolium, vel Ipsum Divorum Pantheon, quot quot ma-
gna hujus perverustæ Prosapiæ, si tantum ad calculum re-
duci possent numeramus Nominæ, tot ob immortali digna
memoria facinora adoramus Numina. In senatu Statores
in Legionibus Mercurios, in Castris Martes cathaphra-
cos. Revolute Annales, & grecies, quantum pro Aris &
Fo-

Focis, pro Libertate & Legibus, pro Fide & Religione ze-
lauere KOZMINSCII, adeò ut toties, sibi Ver eff: gratu-
laretur Patria, quoties tantum apparuerit Gentilitia KO-
ZMINSCIORUM ROSA. Albam illam cernis. Scias
KOZMINSCIOS candere notabiles ipso, Fidelitate erga
R̄ges, Amore circu Cives, Pictate erga Cælites, semper
conspicuos absq; omni fuso & cerussa: Albam inquam, eò
quod nunquam habuerint Poraitæ, unde deberent erubescere;
& in decoris etiam Majorum Ceris, nihil admiserint fuli-
ginis.

Candida PORAITARUM Domus, hoc sibi meri-
to habet & nanciscitur, ut semper intaminato fulgeat can-
dore, illaq; sic inter alia eminet ut in stellato Hyperion Cæ-
lo, inter flores Lilium, inter Lapi des Adamas inter reliqua
corporis membra purior Crystallo ocellus, Breve Rosarum
Ver, quis amplius dicet cum Florem hunc distinguant plu-
res quam octingentæ in Regno Póloniarum Decades, Sæcu-
lorum. Pridem hæc Rosa, sua Folia explicuit in Epomi-
des, tenuavit in vittas, porrexit in purpuras, funditur in
succos salutares, liquescit in remedia, flectitur in umbra-
cula, excrescit usq; ad trophæa. In Honorum Aris, Ro-
sa hæc frequentissima, latè longeq; Cælum & terram virtu-

tum & meritorum spargit Odorem. Verum argumentum
à diffcili immensum Pelagus in brevem redigere propontiā
Achillis gesta in exigua claudere Iliade & quæ Pater Aeneas
& Avunculus Hector, per ætatem gesserat, momento
dicere factis immortalibus digna, in exili pagina coarcta-
re, Quare Augusta KOZMINSCIORUM Decora, vel
sub Eorum Gentilitia servo Rosa hos repetendo Veneran-
tur saecula, Heroica loquuntur facinora, non silent Histori-
ci, de prædicant Annales, Antiquitati ad jaætantiam, Poste-
ritati ad stuporem.

Præterire tamen silentio nequeo Illum & Excell-
mum Dominum Adamum de Iwanowice Kozmin
ski Castellanum Rogoznensem, Avum Tuum Me-
cænas Illme, non nomine solum sed & re ipsa Magnum Pa-
triæ Patrem. Quantum Hic in Senatu, contra perfidos Ci-
cero, contra rebelles Pericles, contra Cives Hortensius,
effaci suadà, fulminanti Ore, fluido eloquio valuit. Di-
cerent, vel Ipsa, Majoris Polonie Comitiola, ut discordes
uniebat animos, Pacificator non turbator. Quodlibet pro
ratione status, Ejus Consilium, Oraculum fuerat: quelibet
dictio, auro, cedroq; notandi. Sive ad Tribunal Divæ
Themidis Deputatus, Judex, sive ad Comitia Regni
Lega-

Legatus, ubiq; encylopædia prudentiæ, Juris Regula,
Justitiæ Norma, vicit æquitate Aristides, Judicio Cato-
nes: Verè Illi Avitus Poray, Nomen, sive à Consilio,
sive à Paradiso deducens, aptissimè convenire potest qui non
tantum in dubijs Consilium, Orbi Sarmatico factus, verum
et Ipsis Regibus Delicium.

Nihil Hic asperum, nihil, quod lædere quempiam pos-
set in moribus admisit, nulli visus riguisse spinis, nisi uni-
æ Othomanicæ Lunæ in prælio Chocimensi, sub Invi-
ctissimo Poloniarum Rege JOANNE III. acerri-
mum Militem sese exhibendo. Plura Hujus SENATO-
RIS merita, quæ exigua nequeunt circum scribi periodo, u-
nâ non valent capi paginâ brevitati studendo, non recen-
seo: quia ipsa dulcis Ejus, apud Posteros memoria semper
propalabit.

Factus est tunc etiam Pater Patriæ ADAMUS, cùm
virtutis et Sangvinis Hæredem, Illum ac Excel-
lum MATHIAS KOZMINSKI, Palatinum Ca-
lissiensem Patrem Tuum Dignissimum Mecænas
Illme, Poloniæ ad Dilicium, Libertati ad Præsidium, in
Publicam edidit Lucem, velut Magnus Philippus, Ma-
gnum Alexandrum.

Vide

Videre erat in hoc Senatore, altum in rebus peragendis Judicium, profundam in negotijs tractandis prudentiam, Heroicam in frangendis adversis dexteritatem, ex quo Senatori Auctoritas, Honoribus erat Eminentia.

Palatinales dum gestavit Fasces, Publicum restorescebat, ad ejus Gentiliam Rosam, Bonum, Triumphabat virtus, scelera in sua latibula confugient, veluti a pungentibus spinis. Solidis rationibus, veluti inconcussa basi, fulciebat Regni Consilia, in quibus, quot puncta, tot clypei Legum: quot sensus tot Sæculorum Doctrinae: quot acuminæ, tot erant Libertatis propugnacula. Effusam ejus Liberalitatem, testantur Sacratæ Deo, cælitibusq; Aræ, proclamat Egeni, de cuius munifica manu hinc alebantur, Illæ ornabantur. Hic purpureus Titan, Salutares præbebat in fluxus, in Auge meritorum absq; Ecclipsi Illius. Hic Sarmaticus Tripos certiora Delphis judebat Oracula, pro cortina nube modestiæ tegebatur. Hic Centoculus Argus præspiciebat Patriæ, prævidebat futura, ne quid nocivi evenisset.

Non indigo, Sole clariora, de Republica & Bono communii Merita, haec enim adhuc, in omnium versantur discuss. Non demonstro, quanta Hic Magnus Senator, Justitiæ

tiæ documenta dedit, quomodo Boni Communis; tuebatur
Integritatem, dum Officio Mareschalci, in Commissione
Generali peragendo fungebatur, cum hæc, adhuc in memoria
singulorum remanent: Fares in Amores, Multos ad Imita-
tionem, omnes rapiunt in stuporem,

Hæc omnia imitanda Tibi Illme Mæcænas reliquit
Amantissimus Parens, In Te speranda compendiata
Tuorum Antecessorum Epithome, in Te vera Tuo-
rum Imago. Majorum, quorum splendores in Te auges-
Et merita accumulas.

Natus es ad Senatorias Curules Et Purpuras, illa semi-
per à teneris annis gestas, quæ ad Magna tuam innatam
Indolem concernunt:

Primum Tuæ Juventæ Florem, dicasti Palladi, sci-
ens bene, pulchrius restorescere consanguinitatis Artorem,
si doctis irrigatur fontibus, altius esse Altum Sangvinis
Mare, si in illud Aonij Fontes Rhethoricia fiumina, totum
Eruditionis influxerit æquor, Adhuc in Fascijs, Ius habu-
isti ad Fasces, illud tamen, per eruditionis Calculos, confir-
masti, Literarium ita speculabar Phœbum, ut totum extra
fabulam Promethæi, in mentis Tuæ, contraxisses sphæram,
hoc ipso, ad introspiciendos Honorum seles, mentis erudie-
bas

bas Pupillam. Adimplesti de Te præconcepta totius Poloniæ Vota, & omnium expectationes, felici eventu coronasti. Quis in Te non videret, quasi innatam sapientiam, morum Comitatatem, gravitatem sermonis, miram in economiæ scientiam, in rebus tam privatis quam Publicis Prudentiam: effusam in egenos ac Divorum ædes liberalitatem, quæ KOZMINSCIIS hæreditaria, & ad Honorarios natæ Indoli Fasces, indita sunt.

Exteras visitando Nationes, quanta usus Animi Tuæ peritiæ, quanta in Cæsarea pollebas Gratiæ? Procerum affectu? loquantur Vniversi. & merito, quia Tuam Gentilitiam Rosam, non tantum Solo Polono, sed etiam & Aliorum Regnorum Hortis decuit implantari, ac ut Floret odoris terra benigna Rosis, conveniens fuit, & Tuæ Gentilitiæ Rosæ, Vniversis sparsisse Odorem, Dicerem plura ni mihi etiam particulariter nota fuerit Tua modestia cui ut nihil dulcius est, quam laudanda agere, sic nihil modestius quam laudari. Te ad se incitant Honores supremæ in Regno expectant Praeminentiæ, nō aliter in publicum Orbis Poloni spectaculum prodire volentes, nisi Tuarū pro Thyria Lana, vestiti Dotum apparatu. Omnes. Tuos gressus secundent Superi, nam omnia in Te, natura congesit, Dona;

Quæ in alijs divisa sunt, Tu collecta tenes.

*Te Polonus appretiat Æstimat Orbis, purpurati
Proceres, in sui Pectoris deponunt Sacrario, in cuius Ca-
pite Pallas & Minerua suum habent Domicilium,*

*Si Maternum, in hanc Paginam effunderem sanguinem
non solum hujus Opusculi, sed & Librorum, super quæ, de-
sudabant sæcula, excederet margines. Illò enim Regum &
Principum rubescunt Purpuræ Senatorij Murices distin-
guuntur.*

*Genus hoc, genus supremorum Honorum est cui sub-
bjecibile sunt, omnium, species Dignitatum Regum Dia-
demata, Ducum clavæ Mareschaleorum scipiones, à tot
sæculis huic Almae Domui Inquilinæ.*

*Genitrix Tua, Mecænas Illme, Theressia POTOCKA, Palatina Czerniechoviensis, ex qua cum
Materno laete, omnia Potocciorum exsuxisti Decora.*

*Memorant, dulci recordatione sæcula, Celsissimum
Principem Illum ac Rndissimum Dominū THE-
ODORUM POTOCKI, Primatem Regni ac Ar-
chiepiscopum Gnesnensem, quantum in Illa totius Re-
gni tempestate, pro Libertate & Legibus obstitit unus suc-
collator Hercules totum Patrium Cælum sustentabat. Pu-*

blicas Regni totius Curas; indefesso suscepit conamine: Republica navim
in turbido positam, saluam, ad portum deduxit fortunatum. Sub Gentili-
bis Ejus Cruce Mater Polonia, nunquam stetit dolorosa.

Hic unus, totam Polonię, exantlatis humoris, sufferebat molem, ne
suo ē Cardine hac Patria corrueret Troja. Par Regibus, Major Principi-
bus, etiam Celsissimos Tibi Domesticos reddidit Titulos. Parem, Huic
Phænici Virorum, non dico Lustra, sed & Ipsa vix dabunt secula.

Non intermissa serie, Primas in Regno Curules occupabant & occu-
pant, POTOCCHI, resplendebant & resplendens Illoris Titulis, zelaverunt
& zelant pro Libertate Duces, & his, tot debeat Polonia quod olim tre-
centis ROMA Fabijs: per hos affine suum Genas, Thronis & Majesta-
tibus, & ad Ipsa Imperatorum Solis, est deductum.
Polonia Coelites sunt POTOCCHI, pro illius Integritate sive vita
sibi chara, sive Fortuna sponte subeentes jacturam, in cruenta Armipoten-
tis Mavortis acie, in quavis Hastae Bellona pugna Miltiades contra
Xerzem, contra Tarquinios Hercico passu processerunt. Quoties contra
Acies & Sevum Turcarū exercitum processerunt POTOCCHI, toties Otho-
manica luna, sua superba demisit cornua & Crucem POTOCCIANAM
fronte demissa adoravit, POTOCCIORUM dexteritas, hoc effecti, ut
toties Invasores Regni Sueti, Barbari Schytæ, repositis spolijs, cruentia
in acie ceciderint. Hinc vel exinde satis Tibi ad Gloriam Meezas Fa-
ventissime, quod de hac progrederis Familia, qua Patria Achenaus mu-
sus & fortissimum est Monumentum Referunt Historici Rosam, in centum
folia explicari. Tuam Gentilitiam Rosam, o quam trabata Senatorum
Nomina explicant, quam longè lateq; Tui Aviti PORAY, multæ Fami-
liae ampliari Decorem & perennium Gestorum odorem.

Serenissimæ LESZCZYNSCIORUM Illustrissimæ POTOCCIO-
RUM, SZOŁDRSCIORUM, OPALENSCIORUM, CHLEBOW-
SCIORUM, SWINARSCIORUM, WYBRANOSCIORUM, ME-
CINSCIORUM, GARCZYNSCIORUM, SZCZANIECCIORUM
MIELZYNSCIORUM, GAIEWSCIORUM, PONINSCIORUM BU-
ŁAKOWSCIORUM, MIESZKOWSCIORUM, MYCIELSCIO-
RUM

RUM, TUCZYNSCIORUM, DZIERBINSIORUM, GORZEN-
SCIORUM, ZAKRZEWSIORUM, PSTROKONSCIORUM, MI-
CHAŁOWSCIORUM, ZYCHLINSIORUM KOSICCIORM,
BIERNACCIORUM, BIELECCIORUM, SKAŁAWSIORUM,
BARDSCIORUM, IZBINSCIORUM NIEMOIEWSCIORUM, &
plurimæ Alie Inclita in Regno Prospiciæ, quæ DOMUS, Tuæ Augœ
augent magnitudinem non letet Universos.

In æxelsa laudum Tuarum elogia, in immensa Gloriæ Tuæ præco-
nia, amplius non assurgo, quæ non brevis momenti, aut exigui temporis sed
grande sunt Opus Sæculorum, non recenso, nec plura Domus Tuæ ex-
cellæ, aut Aliarum nexus Sangvinis junctorum Vocabula ad calculum re-
voco Oratorum. Præterea reverentiali silentio bæc omnia Antecessorum Tu-
orum laudabilia facta, fama immortali digna Facinora, cum ad ea com-
putanda Archimede opus.

Non indigit & Tua nunc magna, post Majora in Patriam ac Eccle-
siam merita, sciens öenè quod jam his digna obtines, & in condidissima Gen-
tilitia Tuæ Rosa manes Honorum candiantur.

Hinc fixæ Superi, quos indignis precibus ac continuis ad Aras Phæ-
nicis Nostri Hyacithi, fatigamus Votis ut Amplissimis in Republica cu-
mulus Honoribus, virtutum & Cælestium Charismatum odoribus vernans
per longissimas Sæculorum Myriades memoranda Posteritati Vivas Forta-
natus.

Ita Vovet & precatur

Obsequentiissimus & humillimus Cliens,
P. Felicianus Nowowieyski S. Th.
Magister Ordinis Prædicatorum

Author Operis

FACULTAS ORDINIS

Typis evulgandi Historiam Provinciarum Poloniarum Ordinis
Prædicatorum.

Nos. Fr. Antoninus Bremond S. Theologiae Professur ac Totius
Ordinis Prædicatorum Humilis Magister Generalis, & Servus.

HArum serie nostriq; Authoritate Officij, quantum in No-
bis est, Tibi Adm Rndo Patri Magistro Fratri Felicia-
no Nowowieyski Provinciae Nostrae Poloniarum Potestate fac-
cimus Typis evulgandi Historiam Provinciae Poloniarum, à Te-
ex Commissione Capituli Provincialis Luceorien sis coul-
ptam, cui Titulus: *Phanix decoris & ornamenti Provinciae Polo-
niae Ordinis Prædicatorum S. Hyacinthus revivus & dum mo-
dò Idem Liber à duobus Ordinis Nostri Magistris in Theo-
logia, ab Adm Rndo Patre Magistro Provinciali dictæ Pro-
vinciae, specialiter & nominatim ad hoc deputandis, exacte
revisus, & tanquam prælo dignus approbatus fuerit: seruatis
etiam cæteris de Jure servandis. In Nominis Farris & Filij &
Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem, has propriâ manu
subscriptas, sigillo Officij nostri muniri jussimus. Romæ in
Conventu nostro S. Marci super Minervam die 13. Febru-
arij. 1751.*

Fr Antoninus Bremond Magister Ordinis

L. S.

Regestri Pagina 127.

2 Fr. Emericus Langenwalter Provincialis Dacia Magister

& Socius, sive Procurator Provincialis & Socius, sive Procurator Provincialis

APPROBATIO.

Magistrorum S. Theologiae ab Adm Rndo Patre Magistro Pro-
vinciali Poloniae Ordinis Prædicatorum Specialiter Designatorum

DE Commissione ac Licentia Adm: Rndi ac Eximij Patris

S. Theologiz Magistri Prioris Provincialis Provinciae Polo-

Poloniae Ordinis Prædicatorum, Patris Damiani Matusze-
wicz Librum cui Titulus: Phœnix Decoris & Ornamenti Pro-
vincie Poloniae, ejusdem Ordinis D. Hyacinthus &c. percipi-
ens, quem zeloso in senectute sua, pro observantia Religio-
sa, nec non Juventutis, ejusdem Religionis imitanda exem-
plaritate, ac in virtutis imitabili memoria desudans, Adm-
Rodus: ac eximius Pater S. Theologiae Magister Fr. Felicia-
nus Nowowieyski, sollicito labore, Antecessorum, nostro:
rum, congregavit in Acernum Ideoq; prout Bartholomæus
de Rubeis, Phœnicem Emblematis loco statuerat, sub solis
altebru in monte super arida ligna, combustum, una cum e-
pigrabe ut vivam: ita appreco, ut Author operis, pro mor-
tuis laborans, diutissimâ consoletur vitâ. Ego verò munera
mei injuncti onere funditus, ac huncce Librum integrum per-
legeus, iwhilq; Orthodœx Fidei dissoluon, nihil bonis mori-
bus contraveniens; immò Ipsis imitandis deseruiens, ac suc-
cum exempliorum contioens, Approbo, ac imprimi, utq; in
Publicum prodire Valeat, dignum fore censeo. In cuius rei
fidem me propria subscribo manu. Dat. Varsavie die, 10.
Augusti 1752. Anno.

Fr. Jordanus Weyber S. Theologiae Magister Ordinis Prædicatorum Item Altera

APPROBATIO.

EX speciali Commissione Adm: Rndi ac eximij Patris S.
Tb. Magistri Patris Damiani Matuszewicz, Provincia-
lis Dignissimi, Librum Intitulatum *Phœnix Decoris & orna-
menti Provinciae Poloniae Ordinis Prædicatorum D. Hyacinthus &c.*
quem Latiao sermone. ad Decus & ornamentum Provincie
nostræ Poloniae ex Magnorum Nostri Ordinis virorum Ge-
stis, compendians elaboravit, Adm: Rndus ac eximius Pater
Felicianus Nowowieyski S. Theologiae Magister, vidi, perui-
idi,

di, legi & probavi. Vidi inquam, ut Mandatis Superioris
Province obtemperarem: peruidi & legi ut oble&tamentum
quod in semel illis legendis perceperam, mihi ingeminarem,
Probavi, ut non solum nostratum, sed exterorum quoq; utili-
tatem promoverem. Est enim opus ejusmodi, ut in recen-
sendis celebrandisq; Piorum Virorum meritis, Legentium A-
nimos, mirificè exciteat, atq; ad Virtutis Indolem componat.
Est igitur cum alijs Titulis, tum hoc uno Nominis publicâ Lu-
ce dignissimum. Ita censeo Dat Varlaviz in Conventu S.
Hyacinthi Anno Domini 2752. 10. Augusti.

*Fr. Symphorianus Ponirski S. Thol. Magister Provinciae Polo-
niae Conventus Varsaviensis Ordinis Praedicatorum.*

Facultas Illmi Loci Ordinarii.

I M P R I M A T U R

JOSEPHUS, Comes de Verbno, PAWŁOWSKI Episcopus
Niochenensis in Ecclesiâ Cathedrali Archidiaconus Picevensis
Vicarius in Spiritualibus ac Officialis Generalis Posnaniensis.

Approbatio Censoris Diecœfani.

M. JOANNES PAŁASZOWSKI J. U. D. Collega Major Ju-
ridicus Ecclesiaz Collegiatæ SS. O. Cracoviæ Archidiaconus
Castuieniensis Præpositus, in Villamowice Curatus Judiciorum
Consistorii Generalis Posnaniensis Assessor Ordinadorum &
Approbatorum Examinator Librorum per Diœcœsum Posnaniens-
em Ordinarius & Synodalis Censor, Studi inclitæ Academiaz
Posnaniensis Rector Librum Admodum Reverendi ac Ex mil-
Patris Feliciæ Nowowieyski S. Theologiaz Magistri cui titu-
lus Phœnix decoris & ornamenti legi & cum omnia ad erudi-
tionem & morum exemplaritatem vidi adeò ut dicere debe-
rē Felicē Feliciano Patre Provinciā proinde ut Liber hic in pu-
blicum prodire possit dignum censeo Idem qui supra A. m.
Dai. 1752. &c. Dic 24. Septembria.

In Nomine Domini, Amien.

O R I G O

Prædicatoriæ Religionis in Regno Poloniæ,
& ei annexis Ducatibus.

Facinora Fratrum Prædicatorum, in Provincia Poloniæ, immortali laude digna, brevi compendio, ab Illustribus Authoribus, veridicaquè Patrum Traditione, diligere decernenti, ab Ipsius Origine, Initium sumere Operis, consentaneum esse judicavi. Igitur.

Anno à Nato Salvatore mundi, J E S U Christo Domino Nostro, Decimo nono, supra Millesimum Ducentesimum: IVO Antistes Cracoviensis, Romam accesserat, ad Honorium III. Summum Hierarcham, causâ recuperandæ Dignitatis Archiepiscopaloris, quam suus Decessor neglexerat: Eo tempore Sanctissimus Patriarcha DOMINICUS, in Urbe, suprahumanis factis, omnium oculos percellebat; inter quæ, Napoleonem, Stephani Cardinalis ex Fratre Nepotem, equò decussum, & gravi membrorum alilione, vitæ functum, adspectante IVONE, orationibus suis, vitæ reddiderat. Fama aliorum, admiratione vero præsentis Miraculi, nec non & divinis sermonibus Patris DOMINICI excitus IVO, in ejus se necessitudinem insinuat, ab eoq; summis precibus, postulat; ut sui felicis Instituti, aliquem Sodalem, nedum Ecclesiæ suæ, sed &

Sarmatiæ, Universoq; Trioni Gelido, concedere vellet : qui luce Verbi Divini, cæcas mortalium mentes illustrare; ignitâq; face sanctimoniarum frigentes, ad amorem Cœlestium, incendere posset.

Concessisset illico SS. Patriarcha DOMINICUS, votis ardentibus Piissimi Pontificis, si gentilem ejus lingvæ Polonæ gnarum, ad manus habuisset.

Número Hôc destitutus, ex Comitatu IVONIS, aliquot, nèpè Hyacinthum Canonicum Cracoviensem, Ceslaum Canonicum, Custodem, & Prælatum Insignis Collegiatæ Sandomiriensis, par Illustrissimæ Odrovansiorum Familia de-
imo. cus, Nepotes ex Fratre IVONIS Episcopi: Henricum Moravum, & Hermanum Theutonem, divino spiritu correptos, illoq; Neapoleonis redi vivi, spectaculô percusso, Centuberno suo, in Conventu Sanctæ Sabinæ, dignatus est habere

Hos integro Annō, salutaribus præceptis imbuens, ad eum efformauit modum, ut non Tyrones, sed veterani Religiosi, sanctmonia vitæ Illustres, zeloq; ardentissimo amplificandæ Fidei exultantes ab omnibus haberetur.

Exacto itaq; suæ probationis Annō, votisq; Illius in solenni Professione auditiss; hortatur Hyacinthum, SS. Pater DOMINICUS, ut se itineri accingat, in Patriam suam reversurus, Pietatisq; ac Religionis, Instituti sui memor, doctrinæ à se haustæ semina, sparsurus. Quamobrem, magno animi robore concepto, paret; in propitio Dei nomi-

3

ne confidens, parat mentē monitis, pedes itineris: & Summi
Pōtūcī Honorii III, & SS. Patris DOMINICI benedicti-
one, & mandatis acceptis, Romā abit, Ceslao, Hermano, &
Henrico, indīviduīs Comitibus, sui itineris, sibi adjūctis.

Peragratā ea Italiae parte, quæ patet Romā in Ger-
maniam iter habenti; visitatisque Bononiensibus, (apud
quos Lauream Doctoralem Theologiæ, & Juris Utriusq;
obtinuerat) Germaniam paucis interpositis diebus, in-
gressus est.

Quā transibat, nulla Ecclesia, vel locus, sacrō aliquo
symbolo insignitus erat, quem, genuflexus non adoraret,
in eōq; Orationes devotas non persolveret. Sacra quoti-
diè, ubi se commoditas Ecclesiæ proferebat; pro salubri-
tate, quorum hospitio usus est, & quorum fines terebat,
offerebat. Verbum Dei, avidam aurem porridentibus po-
populis, ingenti cum fructu, enuntiabat.

Oppido Frisacensi, apud Carinthios celebri, dūm ap-
propinquabat, Oppidani famâ Factorum Hyacinthi exci-
tati, omnes confertim, indistinctis agminibus, obviam
prodeunt, & aspergunt illius, omni normâ sanctitatis exor-
bito, mirum in modum oblectati adventu, eum ad pro-
prios lares, unus præ alio invitant.

Hæsit illic, cō vesperi Hyacinthus, & summo mane,
licet itineris molestiā, atq; laboribus defatigatus, ab in-
justo tamen sibi munere, sese cōtinere non potuit. Sug-
gestum in Civitate collocatum (cū Ecclesia homines

concurrentes non capiebat) condescendit, & illis, prūnas
ardentes Verbi Dei spargere excisus. Tantum, ac tanti,
frigida illa corda inflammavit, ut repente, viderentur,
studio pietatis incensi Frisacenses, de Terrenis, Cœlestes
evasisse.

Omnis prorsus suorum peccatorum fordes, coram illo
expurgare contendebant. Alii à contagiosis mundi hujus,
se explicare, sœcularibusq; resignare curis, divitias à se
reducere, voluptates præcidere, & Cœlestem inire, vivendi
rationem, nitebantur.

Plurimi eorum Hyacintho amplissimas facultates, si-
ve in pauperū distributionem, sive in Ecclesiæ, & Cœno-
bii novam structuram profrebant. Nonnulli, Sangvine
etiam Illino nati, spretis omnibus mundi illecebris, oble-
stationibus carnis, abdicatis; se Iilius consortio adjunge-
bant, atq; ab ejus disciplina, ad supremam Christi Domini
Philosophiam: & hinc, ad Cœlestem conversationem,
toto animo proverbi, exoptabant, desiderabantq;: & ita
necessum erat, ut Hyacinthus semestri temporis spatio, a-
pud eos commoraretur.

Felices illius fuerunt labores, nām eo tempore Eccle-
siam, sive magnitudine, sive ornamento ad fici, Insignē,
Conventumq; Amplissimum, in quo, innumeri Fratres,
quasi suā illius, se Religioni addixerant, Cœlesti dog-
mate instruebantur, ex piorum Fidelium eleemosynis ere-
xit.

Int̄ hos, accepit in Discipulos B. Henricum in orationibus extaticum, B Helgherum Comitem Illustrissimam Familiā ortum, non multò post, Priorem ejusdem Conventū, & B. Conradum Frisacenses, de quibus infra mētio sicut

Postquam igitur Frisacenses, ad meliorem frugem reduxisset: Provinciæ Theutoniæ initium fecisset, non illius tantum loci angustis mæniis, suos circumscribi labores, judicans, Cracoviam properare instituerat. Illic Frisacenses, vehementiori jam vinculō eidem devincti, obsecrabant, n. ē illos deserere vellet. At ille, universis gentibus, quæ orientem solem, & septem gelidos Triones versūs, inchoant; se institutum Apostolum ratus, literisq; IVONIS Patrui sui, in dies transmissis evocatus, se diutius apud eos detineri non posse, delebat.

Nè tamen introductam illam Religiosorum cohortē sine præsidio relinqueret, in locum sui reliquit eisdē Condiscipulum suum B. Hermannum Theutonem, de quo infra suo loco, Ipse verò Ceslai, & Henrici, septus Comitatu, per Styriam, Austriam, Moraviam, & Silesiam repedans, Viennæ, Olomucii, Oppaviae, Rattiboviæ, Doctrinæ, & Sanctitatis Insignia specimina, dabit Civitatibus illis, & aliis in itinere obviis populis; publicè, & privatum, magno cum emolumento cunctorum, insigniq; ad Deum conversione Verbum Dei disseminabat.

Cracoviam advenienti, IVO Patruus suus, Episco-

pus Cracoviensis, Cleri & Populi, multitudine mæniis effusâ, circumdatus; obviam præcessit, consalutavit, honorifico ritu excepit, & longo ordine, Clero præente, exoptatæ Civitati reddidit.

Nemo errare potest, reconditos sensus jubilationū, quos Hyacinthus, ex optata sibi occasione, jam diu cupitā, de Ecclesia benemerendi percipiebat, neq; ardores explicare flagrantium animorum, aut gaudia, non humanitùs degustata, sed inclusa diyinitùs in Cracoviensium pectoribus, ex conspectibus Hyacinthi.

Ibi exæstuabat Hyacinthus, quod in locum destinatum venisset, ubi constitutam Provinciam, non impiger ingrederetur, popularesq; suos, assiduis Concionibus, & conspicua morum integritate, ab impia, flagitorum tyrranide, vindicaret. Cracovienses autem, summo studio suffundebantur, quod tanti viri consuetudine essent fructuri, cuius egregiam sanctitatem, olim sibi, ab ejus admiranda Indole, cognitam, novis accessionibus, ex Contubernio Apostolici Viri, auctam, ob oculos jam positam intuebantur. Quamobrem jussu Episcopi tantisper (dùm Clerus à Parochiali SS. Trinitatis, ad augustam illam Di-væ Deipara Virginis, in Circulo Cracoviensi transferretur) in ædicula lignea, ad humile oratorium, una cum sociis suis, in Aula ipsius Episcopi divertens, expectationi omnium, de se conceptæ, facere enitus est.

Et quia, Prædicatorum Religionis se esse Alumnum,
di-

7

dicendi artibus instruētum à Magno Prædicatore DOMI.
NICO, profitebatur; ab eo officio, tām præclaro, ac Ec-
clesiæ Dei, præ aliis utiliori, exorsus est.

Ad Arcem igitur Cracoviensem, positam Ecclesiam
Cathedralem, Concionatoris munere sibi injuncto concē-
dit. Pietatem cœpit pietate accendere, torpidos experge-
facere, demoliri toto cardine vitia, atq; corruptelas. A-
damantinam pectorum duritiem, emolite, corporum, &
animorum castimoniam, justitiae cultum, abnegationem
sui ipsius, cæteraq; omnia, Christianæ fidei ornamenta
(quæ fraude sua, perniciose, nequissimus animarum hostis
extinxerat, aut obscuraverat) non interruptis Conciona-
bus suis, ferventissimo spiritu, disseminare incœpit.

Adhærebant lateri dicentis, numerosi Conventus Ci-
vium, Nobilium, & Plebejorum, mellitis ejus declama-
tionibus, recreati: quæ non in perspicilibus humanæ sa-
pientiae verbis, sed in ostensione spiritūs, & virtutis, ita-
manabant ab ore ejus, ut cujuscunq; cor, licet lapideum,
vel frontem hæc ferream transuerberasset. Abdita quæ-
dam ergia liquefaceret, atq; ad divinas suscipiendas
formas virtutis, mollesceret, & disponeret.

Erit ignis vehementer eloquium ejus, quòd cum
Concionaretur, gratiam, & fervorem in auscultantib; ta-
lem ac tantam diffundebat, ut viri Fæminæq; s; sèpius &
conditionis suæ obliti, in alteros dixerim, Angelos Ter-
restres mutarentur, & quod ab igne ferrum, in alienam
quasi

quasi formam hoc illi à Hyacinthi fervore, in divinitatē participem naturæ, transibant.

Boleslaum Pudicum cum Uxore Cunegurda, Princeps Poloniæ Serenissimos, in ipso ætatis ællu, in eam impulit mentem, ut voto concepto castimoniam illibatae, toto illo tempore, quo simul vixerant, præter amorem virgineum, & honorem intemeratum, sibi devinciebantur mutuò, nè impudicis quidem oculis, se contuerentur: eam ob laudem Virginitatis, Boleslaus Pudici cognomen assecutus est.

Nec eos modo, sed & plures alios, qui mundo nuntium remittentes, in ejus se confortium, adscribi flagitabant, ad sanctimoniam perfectionis fastigia, evexit; usque dum in ea lignea ædicula diversaretur.

Eius primitiæ censentur esse Fr. Hieronymus, qui B. Ceslao, Pragam cundi, adjuncto B. Henrico Moravo, socius itineris, ac laboris destinatus, fuit, & primus ab eodem, Prioris officio, in Conventu Pragensi S. Clementis, à se fundato, fungebatur, Fratres quoq; Benedictum, Florianum, & Godinum, quos suæ peregrinationis, voluit esse Comites sibi relinquens, de quibus infra suo loco. Plurimi quoq; alii, verbo & exemplo Hyacinthi pellesti, Religioni novellæ, nomina sua dabant, in illo licet pauperrimo Tugurio donec Hyacinthus non exiguo Fratrum numero, Deo & Ordini acquisito, Ecclesiam SS. Trinitatis, sibi ab IVONE Episcopo, & Universo Clero, collaudan-

dante Lescone Principe , Religioni dicatam , primò solemniter ingrederetur, Anno salutis 1223 ipso die Annuntiationis sacro. Quò ingressus tantum in animis hominū excitavit Religionis studiū , ut omnes simul se felices faterentur, qui hujuscemodi Instituti viros, quandoq; intueri mererentur. Alij verò, morā omni abjectā, ad pedes Hyacinthi advolarunt, ejusdem Religionis Albo indigitari flagitantes, non modo populares , sed & exteri quoque.

Aderat huic Festivitati , solemnis Introductionis ad Ecclesiam SS Trinitatis , & Cœnobij Praclarissimi, Gregorius Crescentius S. R. E Cardinalis, Legatus à Latere Sedis Apostolicæ, inter ejus Aulæ primarios Viros , fuit etiam Jacobus quidam Civis Romanus, Legum Interpres & Doctor, Cardinali à Consiliis. Is amore Religionis corruptus, & Hyacinthi aliorumq; Fratrum devota pietate; moræ impatiens, à Hyacintho nunc exnunc, habitum Prædicatorum, precibū extorques; miratur, & avet Legatus, tantum Viri ardorem , stupet Princeps Lesco , & IVO Episcopus, Divinam subitam mutationem. Et dūm Hyacinthus ad aliud spatium temporis, suæ vocationis intentum differt; Ille autem fortissimè urget , piâ importunitate supportata, Prædicatoria Togâ, ab eodem investitur, valedicens publicè omnibus , disciplinæ Hyacinthi sc̄e submisit.

Ubi ergo Cracoviensium , & proximè adjacentium

Oppidanorum mentibus, suæ purioris vicæ amorem Hyacynthus insevisset, Religionisq; Prædicatorum non minima incrementa apud Eos conspexisset, non ijs limitibus angustis (ait) mea desideria meiq; conatus arctari debent, omnem enim Terram, ad occidenteim solem expositam, meus Pater DOMINICUS Sydereà sua Doctrinâ irradiavit, nec id usq; modo effecit, quod stella in Fronte parvuli apparens, portendebat. Ipse ut solus, radio verbi & virtutis immensos illos sinus Italæ, Galliarum, & Hispaniarum illuminaret, verum etiam, quot Dominicilia stellarum in perpetuas æternitates lucentium, Monasteria scilicet eruditorum Discipulorum suorum, apud illos Coelo disiunctos populos propagavit, invexeritque, mihi etiam in eandem curam meritò incumbendum est. Hæret animo, illud Patris DOMINI extreumum votū: dilatationē Ordinis, majori quo potestis labore, promovete.

Cracoviæ igitur non multò post, valedicturus Fratribus, vocat ad se Fratrem Ceslauin, cum Hieronymio, & Henrico Moravo, eosq; sic alloquitur: Vitâ ipsâ Te chariorem habeo semper, Frater mi dilecte, at cùm ea quoq; non ita mea sit, ut ipsam pro nostro JESU Christo profundere non debeam, meis spiritualibus oblectamētis, quæ tuorum ornamentorum decore, concipio, non possum a deo absorberi, ut curam, quæ utriq; Nobis adjuncta est, Religionis nostræ adaugendæ, postponere velim. Perge igit:

gitur ad occiduum terræ cādinem; ego Septemtrionem,
& Orientem mihi allego. Tu Bohæmorum, Moravorū,
Silesiorum, Saxonum. Ego Pruthenorum, Livonum, Li-
thvanorum, Ruthenorum, & his longè amplius positorū
Tartarorum, & aliorum salutem curabimus. Omni igi-
tur mora postpositâ, tres illos in Bohemiam destinat, qui-
bus non insicliter negotium cessit. Ceslaus enim tūm
Pragæ, tūm Vratislaviæ, inq; alijs vicinarum Regionum
Civitatibus, Professis Monasteria amplissima Ordinis, ac-
cepit, quorum aliqua postmodum, à Provincia Poloniæ
separata, duas easq; Nobilissimas Provincias, in Religione
Prædicatorum effecere.

Hyacinthus autem, Minorem, & Majorem Poloniā,
Provincias Maslovianæ, Prussiæ peragrans, Pomeraniæ, Li-
voniæ, Lithvanianæ, & Russiæ, Sandomiriæ ab ipso Princi-
pe Leschone, & Aldeyida Sorore ejusdem Cœnobium, &
Ecclesiâ Sancti Jacobi Apostoli extra muros, sat insigne.
Intra verò muros, S. Mariæ Magdalena Ecclesiâ, ac de-
mum Plociæ duos Conventus, à Conrado Duce, videlicet
Sancti Dominici in Suburbio, & in ipsa Civitate, San-
ctissimæ Trinitatis accepit præclara Religionis nostræ Cœ-
nobia.

Posnaniæ postmodum, Dantisci, Rigæ, Elbingæ, in
Monte Regio, Kijoviæ, Haliciæ, Leopoli, Præmisliæ, a-
lijsq; in locis, idem obtinuit, prout Annales Ecclesiæ Ca-
thedralis Cracoviensis dant testimonium, de Incremento
Ordinis in Septemtrione.

Kijoviam quoq; veniens Hyacinthus, quatuor annis integris invigilabat, ut ad unionem S. Matris Ecclesiæ, illam Metropolim Russiæ, pertraheret: ex quo, ingentem lætitiam Grægorio IX, & X, & Innocentio III. Summis Pontificibus Romanis, Universæq; Ecclesiæ peperit; novâ quasi parturitione Filiorum Reducum, olim perditorum erroreo schismate. Exinde ad Tarraros excurrens, & ad Græcos, partim suâ, partim Fratrum suorum contentione, Palæologum Orientis Imperatorem, post decimâ tertiam, à corpore Ecclesiæ scissionem, una cum Ecclesia illa Florentissima orientali, ad occidentalem redeuntem, felici nexu jungendos disposuit.

Regem Tartarorum, quondam Procrum, Satraparum Gentis, numerosâ catervâ cinctum, & adjunctum, utrūque Potentissimū, in Concilio Lugdunensi, Ecclesiæ praesentavit, hunc baptizandum, illum denuò, in unitatem corporis Ecclesiæ inferendum.

Oblectabat tunc Ecclesiam, in eodem Cœcilio, tam Baptisma Gentilis Regis Tartarorū, quam unio Palæologi Imperatoris Orientalium, illum convertit feliciter, hunc ad vinculum Ecclesiæ conduxit Hyacinthus Sanctissimus. Et nè suo discessu, relinquaret oras illas, Leopolim, Halicam, Præmisliam, & alibi locorum, Colonias Religionis Prædicatorum deduxit, pietate Christianorum illic exædificatis Ecclesijs.

Omnia igitur, quæ in Oriente, ijs in locis, quæ
San:

Sanctissimus Vir, suæ culturæ, partes esse voluit, piè, religiosè, castè, liberaliter, & humaniter facta sunt, rata sunt ut verè possit Poloniæ, Prussiae, Pomeraniæ, Livoniæ, Lithuaniae, Russiæ, Scythiæ, Orientis, atq; Septemtrionis, nuncupari Apostolus, Plantator, & propagator Provinciæ nostræ Polonæ, cum sequentibus Fratribus suis, ejus vestigijs inherentibus, & virtutibus colluentibus.

Primus quidem BCESLAUS ODROVANSIUS ^{numer.}
^{zdd.} Sanctitate, Religione, ac Virtute Frater Germanus D. Hyacinthi, uterq; ijsdem Parentibus natus, Eustachio Comite de Konskie, de Domo, & Familia Odrovansiorū, uterq; in pago kámieň, (quo nomine, ex Polono lapis, significatur) Dioecesis Vratislaviensis, feliciter progeniti, in lapides Sanctitatis, & Doctrinæ angulares, consecrandi, uterq; Prædicatorum Columnæ, extiterunt.

Fuit major natu Ceslaus, Annō salutis 1180. Luci solari, ac Baptismati expositus à laude nomen adeptus.

Adhuc infans, vultu ac oculis, quoddam Divinum portendebat, manus in Cœlum erigendo, & pectusculum suum tundendo, pusio purus. A lacte depulsus, lacteam transegit dulcedine, ac morum innocentiam pueritiam.

Adolescentiam ingressus, maturò jam virtutum fruētu, cæteros superabat, pietati, ac studijs exæquo incumbens, viva Christi Bibliotheca factus

Bononiense Athænum ut exornaret, divinoris scienciarum, ac Juris Prudenter Laureā, Professorū monitis fractus acceptavit.

Reversus in Patriā, cùm Nobilioris Indolis, & sanctissimorum specimen edidisset, B. IVONEM Patruum suum, Episcopum Cracoviensem, ac Leschi Monarchæ Cancellarium, suo adventu oblectavit.

Sacris initiatus, ac in Collegium Reverendissimorum Canonicorum Cracoviensium adlectus, & Ecclesiae Collegiatæ Sandomiriensis, Prælatus, Custos constitutus, suo muneri, & Ordini, patrem animum adhibuit, ac specialiter Sanctissimo Altaris ministerio, summa cum devotione famulabatur.

Ad cognoscendas Ecclesiasticas, & afflictorum causas perdifficiles, ad Capitulum (ut vocant) in quo sapientius major, vel potentior pars, vincit meliorer, pro officio præscripto accedens, non odio, non amore, sed veritatis, & justitiae zelō, sanciebat sententiam. Populares, nè apud Tribunal Patrii sui, Regniq; supremi Cancellarij, odijs delatorum, vel privatis rapinis, aut publicis exacti onibus, pessundarentur: intrepidè se opponebat, & objecti periculis autoritate protegebat.

Inter procellas Patriæ, & tempestates, quæ à Principibus; quæ à Clero, quæ à seditionis Civibus excitatas, salutem publicam, omni studio tuendam sibi proposuerat, in gratiam ullius unquam, vel concessit mendacium, vel occuluit veritatem.

Opes, quas non exiguas, ex asse hæreditario, & Beneficio Ecclesiastico possederat, non in Aulæ fucos, aut san-

15

sangvine devinctos , sed in Ecclesiæ ornatum, in cleri indigentioris juvamen , & in slipem pauperum , beneficium erogabat.

Mensa frugalis pro illo , pro Sacerdotibus, & pauperibus, quorum non exiguum numerum quotidie alebat , liberalior parabatur. Honestæ indolis Adolescentulos patiter alebat , & ad Coelestis vitæ exemplar efformabat : Quare domus ipsius seminarium totius virtutis, cōmuni suffragio vocitabatur.

In Comitatu cum B IVONE Patruo suo, ac Germano Fratre Divo Hyacintho Romam veniens , ac præsens miraculo resuscitati Neapoleonis , per S. Patrem nostrum DOMINICUM, Annò Domini 1219, die 14. Febr: quæ in diem Cinerum inciderat, ad S. Sabinam, cum D. Hyacintho, insimul Henrico, ac Hermano, Dominica prima Quadragesimæ, de manibus S. Patris DOMINICI, habitū Religionis suscepit.

Relatus in Formulam Discipulorum D. DOMINICI, ad æmulationem virtutis , summâ vi , adnitebatur , per acto spatio Tyrocinij cursu, ad Professionem cum D. Hyacintho admissus, in Poloniā rediens , fidissimus in erigendo Conventu Frisacensi Coadjutor D. Hyacinthi fuit. Cracoviā simul cum eodem ingrediens, solenniter salutatus, ædiculæ parvæ intra Episcopalem residentiam, salutatis liminaribus , Pragam , Bohemorum Metropolim contendit, una cum Henrico Moravo.

An-

Andream Episcopum ejusdem Urbis, jam ab Urbe Romana reducem reperit, apud quem, propter vitæ insuetam sanctimoniam, & Verbi Dei dicendi facundiam, propè Apostolicam, summo honore habitus, curâ & impulso Gregorij Crescentij S. R. E. Cardinalis Legati, & Andreæ Episcopi Ecclesiæ S. Clementis M. in subripinis Moldaviae, ubi nunc nova Civitas Pragensis, è Regione Aula Regalis, à Premislao Rege obtinuit, cum amplissimo Monasterio, in quo centum ejus Familiaæ Sodales laudes Divinas diurnas pariter, & nocturnas, Altissimo persolvere possent. Tunc Ceslaus Pragæ, cum Religionem Prædicatorum, præclaris Institutis, florentem fundasset Vratislaviam contendit, ibi virtutis antè, sparsam famam, cùm factis probasset, multosq; mortales, ad melioris vitæ statum, verbo & exemplô, in Ecclesia S. Martini traduxisset: Laurentij Præsulis Vratislaviensis munificentia, Ecclesiam amplissimam S. Adalberti Episcopi M. Vratislaviam, ac Aream pro erigendo Cœnobio obtinuit.

Vratislaviæ, nihil eorum omisit, quæ Pragæ pro luxuriantibus animabus patrarat. Prophetiæ spiritu clarus, Principi Henrico, D. Hedvigis Filio, nec non universæ Silesiæ, Ingente calamitatem, à Tartaris illatam, longè antè prævidit, & prædixit.

Flumen Wiadrum, Cappâ, super præterfluentes aquas expansâ, transnatavit. Infantem, unicum Matris filium, totos octo dies, altis Wiadri flavijs obrutum, in-

19

Nomine Dómini, qui dat verbum Evāngelizāntibus, vir.
ture multā, ad vitam revocavit, & Matri afflictæ Vrati-
slaviæ restituīt.

Itē alios tres, vario genere læthi interceptos, surgere
jussit ad ortum: Nullusq; erat, qui miserando casu deje-
ctus, vel infirmitate à medica manu derelictus, læthoq;
affixus, Ceslai operā non succurreret, levaretur, & san-
retur.

Pro corporis castimonia illibata, excubias super sensu
sagebat, carnis in suā ægritudine, sibi interdixerat,
singulis ferè noctibus, corpus catenula ferreā, cruentabat.

Ad Præfecturam Poloniæ, Bohemiæ, Russiæ, ac Li-
thvaniæ, quæritus à B. Hyacintho Provincialis assumpt⁹,
charitatem pro Imperio, Orationem pro virga, exemplū
pro admonitione, in administrando habebat.

Hoc munere depositō, iterum Vratislaviaæ conve-
tudinē antiquam piè & sanctè vivendi assumpsit. Deindè
Annō Domini 1241. rabiè Tartarorum, Poloniā, Sile-
siā, devastante, cædibus, & flammis Urbem Vratislavi-
ensem, Inclytam Silesiæ Metropolim, obsidione cirgit,
B. Ceslaus, dat se in Prec̄s, sacramq; Hostiam offert, &
ecce ! ad elevationem SS. Hostiæ in Missa: cælitùs illapsi
globi ignei, per hostes volitant, schythes absumendo: sic-
que Civitatem obsidione, Cives metu mortis, suosque
Frates liberat: reliquos Schytas, in dispersionem fugat,
cui Miraculō, sequentes alludunt versus.

*Virtutem Schyta disce Dei, non temnere Christū,
Offertur Christus, Te necat, hicce globus.*

Item Vratislaviā igne flagrante, super àera se conspicuum post mortem ostendit, ab incendio protegens, suæq; requiei depositoriū, videlicet S. Adalberti Monasterium laborum suorum coronam, & præmium lætus aspiciens, ubi Beat⁹ sine quiescit ab Annō Domini 1242.

Numerº 31º. B. HENRICUS MORAVUS, Discipulus SS. Patris DOMINICI, una cum D. Hyacintho, habitum Religiosis suscepit, Institutumq; amplexatus, flammis Divini amoris exaltuans, ac zelo amplificandæ Catholicæ Fidei Orthodoxæ, & Prædicatoriæ Religionis, operam, & studium cum D. Hyacintho dedit, plenusq; pietatis operibus, ac vitæ suæ sanctimoniam, placidissimè in Domino obdormivit, Annō Domini 1243.

Numerº 32º. B. HERMANUS THEUTHO, pariter Discipulus SS. Patris DOMINICI, Socius in laboribus, & Prædicatiōnibus D. Hyacinthi, multis Theutoniæ excitatis Monasterijs, Oppoliæ in Conventu Nostri Ordinis, pijssimè obiit Annō Domini 1245. De hoc pijssimo, ac devotissimo Viro, refert Ferdinandus Castillo lib: 2. c. 22, quod hujus Patris Hermani, tota vitæ suæ exercitatio, & opus fuit: cum ab opere externo vacaret, orationibus, & meditationibus, præsertim verò Passionis, & mortis Christi Domini, savissimè, & dulcissimè frui, & sauciari. Fuerat frequentissima in ore ejus ea Formula, quam S. Eccl-

clesia Dei præscripsit: *Adoramus Te Christe, Et benedicimus Tibi, quia per Tuam Sanctam Crucem, redemisti mundum:* quam dum poplite flexo, multis cum lachrymis promebat, accidit scinel, ut in lacrymas effusus, eandem devotissimè recitabat, videt exemplò, Salvatorem, se, ante suos oculos præsentantem. Pavet ad Majestatem Dei riantis, audet tamen adorare, & propriùs apparenti conspectibus sistere. Admovet eum suis vulneribus Christus, ex singulis, sui pretiosissimi Sangvinijs, guttas anhelanti instillat, quibus jucundissimè saciatus; fel & venenum, omnia mundi oblectamenta judicat, fastidit, & abhorret, nihilq; illum præter DEUM, & hunc Crucifixum satiat.

Habuit & aliam devotionem, ad Gloriosissimam Virginem Beiparam, quam quotidie salutavit, corde cōpunctus, hæc verba addebat: *JESU suavissime, dignare me, meam, Et Tuam Matrem, super omnes speciosissimam, ore laudare, corde admirari, Et imitacione operis insequi.* Tatum Beatissimam Virginem, per hanc suam devotionem recreabat, ut Ipsa quoq; se illi visendam, quodam die Sabbathi præbuerit, novisq; gratiarum charismatibus eundem adauxerit.

Præ contemplationis studio, non multum actioni vacabat, quare totus absorptus in spiritu, & quasi extra se raptus, aliorum saluti, non adeò invigilare satagebat: quapropter à multis, pro ignaro, & ignavo habitus, contempnebatur.

Movit ea res paulisper sanctum ; agendi animarum salutem cupiens, prosternit se, in oratione, postulat Dulcissimæ Matri, ut tantundem intelligentiæ scripturarum, remenso dono concederet. Lingvam suam deinde balbam dissolveret , ad Laudes divinas perficiendas , instruendos verò amicos, cœlitum præparare. Percussus flammeô eloquio præparauit, & exsolvit , & mox instruxit mentem, os & fibras Hermani, DEUS, ad supplicationē MARIÆ , ad prædicationem Evangelij pacis, ut scientia infusâ divinitùs, Theologos , eloquentia verò pene Doctoris Gentium , Oratores innumeros post se relinquaret. Latinô , Alemanô , & alijs sermonibus promptus in dicendo, feli- cissimus , in capiendo homine , quovis ad frugem meliorem erat. In Consilijs efficacia , claritate , & facilitate tanta, ut prava jam objecta mutare , innumeros exegrit , Christo Domino plurimis progenitis , sancto fine decessit Oppoliæ in Silesia Annô 1245.

Morienti , & ad Cœlos migranti , Crux aureis lites perlucida super Ecclesiam, in qua tumulabatur, sole lucente apparens , insigne dedit testimonium sanctitatis ejus, & Crucis Christi prædicatæ, atq; ab eo jugiter incorpore delatæ. Ita mumenta antiqua Convē: Oppoliensis.

Numero B. HENRICUS Polonus , Consors laborum B. Cœslai Cœnobii Vratislaviensis, Vir DEO devotus, & hominibus clarus , ad extremam horam deductus , cùm jam Eu-

Eucharistiax, & extremæ unctionis Sacraenta, devotè accepisset, Crucem, quæ ante se posita erat intuens, cœpit diligenter, deficientibus jam viribus finem hujus antiphonæ, securus, *Gaudens venio ad te, ita tu exultans suscipias me,* decantare.

Cumq; Frater, qui tunc aderat, ab eo quæreret, quidnam diceret? respondit: *Video Dominum meum JESUM Christum, Et Apostolos ejus.* Quærenti iterum utrum eorum Collegio sociari deberet? respondit: omnes, qui Patrum Nostrorum instituta servant, eorum in Ordine collocandi sunt. Et in crucem positam ante eum, defigens lumina, dulciter videre, plaudereq; manibus caput; vultu, oculis, manibusq; gaudium ingens præseferens. Deinde post pusillum, adstantibus Patribus, & orantibus, ait: Adsum dæmones, & adstant, fidem meam subruere volentes; sed ego credo in DEUM Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Quibus dictis expiravit Vratislavix, ad ædes Sancti Adalberti.

BB. FLORIANUS, BENEDICTUS, & GODINUS, ^{Numero}
hi, secretorum D. Hyacinthi consij, Charismatum me- ^{6to.}
liorum æmulatores, divinarum apparitionum, & revela-
tionum testes oculati, miraculosē per rapidissimum flu-
men Vislulam, super aquas tumentes, Stratō Pallio a San-
cto Hyacintho vecti, istos tamē aqua, "non submergebat,
quos terrena contagio, non aggravabat.

Horum Benedictus, Monasterio Gedanensi, sanctissimè
C3 præ-

præfuit, Godinus Kijoviensi, B. verò Florianus, individuus S. Hyacinthi Comes, in Conventu Cracoviensi, Sanctam, in manus Altissimi, effliverat animam.

Numero B. ULRICUS FRISACENSIS, fuit Discipulus Divi
 zmo Hyacinthi, Ordini Prædicatorum adscitus, præter alias virtutes, quarum ideam, in Hyacintho expressam, imitabatur: contemplationi, atq; orationi intentus erat.

Hujus suffragio, quas non poterat curas, circa salutem animarum explere, profluvio lacrymarum, à peccatorum voragine abducebat, mediante sua Prædicatione Fideles. Ab eorum rerum Divinarum contemplatione, sèpè extra se rapiebatur, sensuum ministerio, & usu, destitutus.

Quadam dierum, frequentius orans, svavitate tantâ perfusus fuit, ut sui oblitus, ac si saucius corde, tædere, & gaudere, & velut nix, à solis radijs, ita ille à divinis fulgoribus, liquefieri, videretur.

Fuit incendium cordis ejus, adeò ebulliens, in corpus, ut illud sensim, debilitatum, flaccidum, & spiritui jam jam exhalando, proximum reddiderit.

Sic ergo nulla febri exustus, paralysi nullâ dissolutus, nulla deniq; infirmitate prostratus, ab amore divino, sternitur in mortalem lectum

Mirantur Fratres, citam mortem, Ulrico imminentem, mox poscenti, Sacrum Eucharistiæ Sacramentum, postremq; unctionem, pro more ministrant; recipit ea, illos sum-

summō eum ardore, & in extasim rāpitur. Immotō, & sine sensuum officio, decumbenti; illicō facies ejus, splendore mirabili effulget. Stupescit ad hēc, Supprior, qui solus in cubiculo remanserat, interrogat, paulō post aperientem oculos, quid secum agatur? nolentem fateri, urgēt secundō, & iterum severiori præceptō, ut narrare incipiat, statum suum, nec aliquid reticeat. *Confipxi, ait, S. Paulum Apostolum, una cum Patre Sancto DOMINICO,* me ad suum confortium invitantes, qui, *E* dixerunt, *crastina luce, horarum tertia, me hinc ē corpore discessum:* modò flagito, nemini retuleris visionem meam, adulq; quō suum, per Dei misericordiam, sortiatur effectū.

Illucescente tandem sequenti die, vocat Ulricus Fratrem, à servitijs infirmorum; rogat, ut quām diligentissimē verrat, & ornet cubiculum suum, pro adventu magnae authoritatis hospitum quorundam; paret ille, & Fratribus nuntiat.

Veniunt illi, horæ primæ officio decantato, his circa lectulum, promiscuè orantibus, jubet: date locum Salvatori i. eo IESU, nunc tecta hēc, subintranti; date, & Sanctissimæ Virgini Deiparæ, Sancto Joanni Præcursori, Sancto Paulo Apostolo, & alijs Sanctis, (qnos singulos ex nomine proferebat) me miserum invisentibus.

Hēc, cùm Fratres, prostrati in terram, audiebant, plotantes, & ejulantes; ad signum horæ tertiae datum., Ulricus, ē vita excessit, aggregandus gloriae Sanctorum, quos

quos felix aspexit. Obiit circa Annum Domini 1236.

Numerus B. HELGHERUS, sanguinis nobilitate, honoris, & erò. divitiarum abundantia, clarissimus; Comite insigni natus, ad amplissimam tamen, suæ felicitatis sortem, ex Religionis ingressu destinatus.

In flore juventutis suæ spretis illecebris, sæculi opibus, ac omni sæculari dignitate fucatâ: S. Hyacintho, se in disciplinam dedit; in qua, progressibus innumeris factis, per gradus virtutum, iter sibi, ad Cœlum favorē, & beatitudinem præstruxit, humilitate, modestiâ, continentiâ, probitate, abstinentiâ, jejunijs, vigilijs, disciplinis, maceratione carnis, se, ad eum modum excoluerat, ut omnes, vivum exēplar virtutum, illum conspexerint.

Harum virtutum exercitio, laboribusq; quos officio Prioris Frisani, fungēs obibat, consecutus, migravit ad Dominum, non sine miraculorum officio, quæ DEUS, circa mortem hujus Sancti Viri, operari voluit, in declaratiō nem sanctitatis ipsius, Annō Domini 1239.

Numerus B. CONRADUS Frisacensis, Discipulus B. Hyacinthi, non minoris meriti, apud DEUM, & existimationū apud homines, uti B. Helgerus; in codem Cœnobio Frisacensi, cum illo permanens. Multis eum DEUS miraculis, decoravit, nam tres mortuos, ope divinâ, in vita sua suscitasse refertur, excessit è vivis, ad Cœlestem Patriam translatus, Annō eodem, quo Beatus Helgerus Prior.

B. SADOCH Polonus, dūm Sandomiriæ, Priorali ^{Numero}
 fungebatur officio, ad Sanctum Jacobum Apostolum, ha-^{10m.}
 bens sub suo regimine quadraginta novem Fratres, acci-
 dit, ut dūm Tartari, cum Ducibus suis Nogoim, & Cele-
 guba (tūc, dūm Principes Poloni, socialia arma, in in-
 vicem exerunt) invadunt Polonię, & sat amplè, suum
 exercitum, per Civitates, Fortalitia, atq; oppida, exten-
 dunt, & hostiliter populum Christianum interimunt: spo-
 liata Civitate Lublinensi, obsederunt posteà Sandomiriā
 Civitatem pro tunc Inclytam, & popularem: quam totā
 conflagrарunt. Fortalitiū ibidem, die nocti q; expugnāt,
 in quo, fortissimè se defendebat Illustrissimus Kręmpa,
 Palatinus Sandomirienfis, cum suo exercitu. Tandem hic,
 viribus deslitutus, nullum sibi auxilium affuturum spe-
 rans; nec valens se amplius defendere, & multitudini
 Tartarorum resistere, sponte se subdidit. Hi ferocissimi
 Hostes Patriæ; nedūm in Arce locatos, interfecere, sed
 & populum, Civitatem inhabitantem, trucidarunt. Hac
 crudelitate, sat fatigati, reliquum populum, gregatim
 in Vistulam proturbant, & demergunt, B. Sadoch Prior
 ad Sanctum Jacobum, cum suis devotissimis Fratribus,
 pro tunc Matutinum decantabant, hōc finitō, venit No-
 vitius, ad decantandum Martyrologium more solito, &
 ecce! insperatè conspiciens, aureis literis exaratum, suum
 futurum Martyrium, hæret animō, nūm legere, nūm ob-
 silie debeat? Interrogatus à Priorc, cui non legeret? cū

timore , & tremore pronunciat verba illa aurea , literis exarata: Sandomiriæ Passio , quadraginta novem Martyrum. Audiens hæc Prior , cum cæteris Fratribus , obstupefactus , & admiratus , mandat Novitio , sibi porrigeret librum Martyrologij , vidensq; oculenter , id idem cæteris legentibus , pariter obstupefactis , literæ aureæ dispareverunt , quare ad Fratres facit exhortationem , in hunc sequentem modum:

Fratres amantissimi , Auctor vitæ , & mortis , evocat nos ad vitam immortalem. Recogitate , & in mentem vestram revocate cuncti peccata vestra , & confitemini DEO Omnipotenti , ut nos , omni labe peccati , mundos , gloriæ Coelestis faciat esse participes. Submittenda sunt nobis hacce die , colla , ferro impiorum , & ferociissimorum Tartarorum , qui totam Civitatem , (quam & nos inhabitamus) in cineres , & favillas redegerunt , cunctumq; populum fidelem , trucidirunt , reliquos in flumine submerserunt , nos residuos , idem expectat Mori oportet dilectissimi , quare sive viva , & alacri animo , diem mortis nostræ expectemus. Sicque reliquum temporis , in meditatione mortis , & Passionis Christi Domini , consumētes: in sui adjutorium , Gloriosissimam Deiparam Virginem , invocarunt.

Ferociissimi , ac impij Tartari , trajecto flumine vi-
stulâ , Ecclesiam nostram Sancti Jacobi Apostoli invadūt ,
Priorēm , cum suis cæteris Fratribus , sub tempus cantatæ ,
in

in medio Ecclesiæ, Antiphonæ *Salve Reginæ*, gladijs, singularum capita absindunt, interruptum morte, canticū Deiparæ Virginis, Cœlum petentes, longè svaviori harmoniâ, prosecuti sunt, quam voces mortalium efformare possint.

Hanc cladem, Frater quidam, qui se in Superiori parte Ecclesiæ abdiderat, ut vidit, & audivit, illicô descendens, sanguinolentis scythurum gladijs se mactandum objecit, comitemq; se adjunxit, Fratribus in Cœlum euntibus, & dulce melodium, o! *Sanctissima Virgo*, personantibus.

Miechovius ante Cromerum addit, dûm hoc malum Boleslaus Pudicus, & Prandota Eccl. siæ Cracoviensis p̄illimus Præsul, Alexandro IV. Summo Pontifici per Nuntios Bozanum Decanum, & Albertum Canonicum Cracoviensem declarassent, visitantibus hanc Ecclesiæ Sancti Jacobi Apostoli, in qua trucidati sunt, & in quam corpora Sanctorum MM. delata erant, parem Indulgentiam concessit Polonis, & Peregrinis, quotannis die 2. Junij, quam habet Ecclesiæ S. MARIAE ad Martyres, sive etiā Majoris, in Urbe. Hæc clades facta est Annô 1260.

Venerabiles Fratres VACLAUS, LADISLAUS, & ^{Numerò} VISLAUS, hi unius Patris, & Matri Filij, Fratres inter se Germani, quorum unus fuit Sacerdos, alter Diaconus, tertius Subdiacorus, una eadē q; die à Divo Hyacintho, ad Habitum Nostræ Religionis recepti, uno eodemq; die,

post annum probationis Professi, æquali sanctitatis vitæ, & virtutum splendore, corruscantes, una eademq; die Cœnæ Domini, SS. Eucharistiæ Sacramentum, de manu sui Prioris sumentes, statim post Communionem Generalem, mortui sunt Cracoviæ, Annô 1262.

Quædam Impudica Mulier, visitans eorum sepulchrū, in Capella SS. Trium Regum, volens aliquid tangere, de vestibus eorum, illicò in oculis spectantium, vestibus suis denudata, in pudore remansit, & postmodum, piè, & callè vivens, suam vitam terminavit.

Numero Venerab: P. MARTINUS STREMPA Polonus, **12mo** Nobilitatis Genere, progenie Illustris, virtutibus verò omnigenis dotatus, ingenti eloquentiâ, & morum integritate, Summo Pontifici Nicolao III. Boleslao, ac Premislao Principibus Poloniæ, ac Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis Prælati, longè charissimus, in Scripturis Sacris, studiosus, & eruditus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij. Scripsit quædam præclara opuscula, videlicet Tabulam Decreti, Chronicam Succinctam, Sermones de tempore, & sanctis, de Schismate Ecclesiæ Græcorum. Is in Aula Summorum Pontificum Princeps, ac Supremus Poenitentiarius, ad instantiam supra nominatorū, Serenissimorum Principum Poloniæ, totiusq; Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnen: Prælatorum, Archi- Episcopos Gnesnensis, ac Primas Regni, à Nicolaosummo Pontifice, ejus Nominis III. creatus, & consecratus.

Hic

Hic ad Ecclesiam suæ vigilantiæ creditam, ab Urbe regrediens, Bononiæ, infirmitate gravi correptus, diem obiit extremum, ibidemq; inter Fratres nostros sepultus. Annô Domini 1278.

Venerab: P. THOMAS de Gressis Frater Germanus, *Numero 131d.*
Patris Conradi Prutheni, regularis Observantiaæ Author acerrimus, asperis, crudelissimisq; corporis sui flagellationibus, ad horam per diem protractis, ferreâ catena lumbis injecta, in meditatione acerbissimæ Passionis Christi Domini conspicuus, plenus virtutibus, & sanctitate vita, obdormivit in Domino Gedani. Annô Domini 1269.

Venerab: P. PAULUS, Episcopus Posnaniensis, hic *Numero 141d.*
Vir piissimus, & vigilantissimus Pastor, per spatium triginta trium annorum, disciplinam Ecclesiasticam acerri- mè tenuit: utq; omnes, quibus præterat, in ea viveret, fecit. Sed impunitas, magistrælinata est, ejus in pauperes, & cultum divinum liberalitas. Præter Templa, sacra supelle- stili adornata, Fratribus sui Ordinis in suburbio, dicto Szrodkâ, Ecclesiam Divæ Margarethæ V. & M, de consensu Reverendissimi Capituli Posnaniens: adjecit, Monasteriumque adificavit.

Verum post fata ejus, Serenissimus Princeps Præmislaus, cum Fratre suo Boleslao, de consensu Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Boguphalii, Episcopi Posnaniensis, translulit Nostros ad Ecclesiam S. Gottardi, intra muros Civitatis, quæ postea renovata, & ampliata, obtinet Tictulum SS. Patris DOMINICI.

Ex-

Excessus , & injurias factas Ecclesiasticis acerrimè punivit , & ob id , Borzywoia Comitem Sremensem excommunicavit , à quo postea fraudulenter , quasi modo amicabili , ad prandium invitatus , carceri inclusus fuit , ex quo liberatus , iterum per totam suam Diocesim excōmunicavit , & in his turbulentijs , sanctissimè vitam suā terminavīt , sepultusq; manet in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi , Annō Domini 1249.

Numerus 15^{to}. B. VITUS , primus in Lithuania Episcopus Lubozanensis , ex Ordine nostro assumptus , suo Pastorali officio satisfaciens , gentiles paganos , plurimos , ad Fidem Catholicam convertit . Ex ejus Prædicationibus , vix non tota Lithuania , fidem Orthodoxam amplecti videbatur . Ast ab illis Paganis & gentilibus , crudelissimè virgis , ac fustibus cæsus ; à suo Episcopatu exularis , venit postea Cracoviam , ibidemq; mortem suam prænuntians ac diem Fratribus suis , migravit ad Dominum , Annō Domini 1260 . De hoc Viro plura vide infra inter Episcopos Poloniæ .

Numerus 16^{to}. V. Pater BERENGARIUS Corventus Cracoviensis , Nominatus Episcopus Cracoviensis , Veibum Dei inter Paganos d̄ seminans , hastâ crudeliter perfossus , animam suam , Salvatori suo tradidit . De hoc pariter infra plura annotantur inter Episcopos .

Numerus 17^{mo}. V. Pater JOANNES Polonus , è manibus D Hyacinthi suscepito habitu Religionis , in Theologicis benè perfectionatus , mittitur in Sveciam , ad prædicandum S Evan-

ge-

gelium illis gentibus, ubi Reverendissimus Dominus Fläder, Archiepiscopus Upsalensis, Monasterium, & Ecclesiā pro Fratribus nostris extruxit, & amplificavit.

Post fundatum Monasterium, in Civitate Signuta, atq; aggregationem plurim Fratrum nostrorum, assumitur ad Episcopatum Alboensem, & quia in pluribus rebus magni momenti pertractandis fuit versatissimus, post obitum Illustrissimi, & Reverendissimi Flander, promotus est ad Archiepiscopatum Uplensem, à Nicolao Summo Pontifice.

Exinde, in urgente quadam necessitate Regni Sveciæ, excurrens in Galliam, in Civitate Anagniæ, Pallium Archiepiscopale recepit ab eodem Summo Pontifice, mortuus est ibidem *anno Domini 1261*. *Corpus ejus translatum in Sveciam*, in Monasterio Signutino Fratrum suorum sepultus, miraculis claret. Ita Cromer, & Dlugossius Scriptores Poloni

V. Pater MEYNARDUS ZEGIEBERTUS, ad Mis. *Numero*, siones faciens, in Livoniam missus, ascendens Navim *1810.* Mercatoriam Lubecz, pervenit in Livoniam.

Videns in hacce Provincia, crassissimam idololatriam, amarissimè flendo, preces suas ad DEUM fundebat, pro conversione illorum paganorum.

Exaudiuit preces ejus DEUS supplicantis, contrahit enim hic, notitiam serviendo illis, & benefaciendo; gravissimas insurmitates eorū signo SSimæ Crucis sanabat.

Pro præstitis his beneficijs, postulat ab ijsd·m ut si-
bi pauperculam domunculam erigeret, propè flumē Dzwi-
na, versus Mare Balticum, & impetravit. Post hæc, pau-
latim cum illis hominibus procedendo, piissimis suis di-
scursibus, corda eorum, ad se attrahit, & emulceret, ad a-
gnitionem veri DEI, Conditoris Cœli, & terræ, perdu-
cit, Rudimenta Fidei edocet.

Dùm ad illum plurimi in dies confluenter, benedi-
xit DEUS laboranti in vinea sua, ita ut brevi temporis
intervallo, Fides Christiana ex crescere, divulgabaturq;
in laudem DEI Omnipotentis, exstruunt suis sumptibus
Ecclesiam, duobus milliaribus germanicis à Civitate Ri-
gensī, in lejochorne.

Ibidem, cum majori commodo, aperiendo Mysteria
Fidei, ita Meynardum adamarunt, ut ad Archiepiscopum
Bremensem, Legatos miserint, supplicando, quatenus ad
preces eorum, Meynardum in Episcopum consecraretur:
quod & fecit.

Factus Episcopus, magis ac magis circa animas. Neo-
lucrandas, laboravit usq; ad mortem, quam placidissime
aspexit, Annō Domini 1325. sepultusq; in Ecclesia ædifi-
cata, ibidem miraculis claret.

Numerus V. Pater NICOLAUS, S. Th: Doctor, Vir magni-
1981. prudentiae, ac pietatis, post terminatum sui Provinciala-
tūs officium, assumptus est ad Episcopatum Culmensem,
bona suæ Ecclesiæ, abrepta à Cruciferis, brevi tempore

recuperavit. Regularis vitæ consuetudinem, cum haec ampla dignitate, ita conjunxit; ut legum nostrarum observationem, ad mortem usq; constantissime retinuerit. Sicq; plenus merit s, ac virtutibus, placidissimè in Domino obdormivit, Annō Domini 1325, in Ecclesia sua Cathedrali Chelmensi sepultus.

V. Pater JOANNES SWENTENFELT, Inquisitor ^{Numero}
S. Officij Vratislaviæ, pinnimum juvans in extirpatione ^{zomd.}
Hæresis Lutheranæ Illustrissimum, & Reverendissimum
Nankeron, Episcopum Vratislavensem, tunc vel maxi-
mè, dum Joannes Lucembergus, Rex Bohemiae, Sectam
Bequinorum, in Regnum suum introducebat. Totis Viri-
bus, & Conatibus, se se opponens. Audiens hæc Prænomi-
natus Rex, mandavit hæreticis, ut occideretur. Hi diru-
ptō Monasterio, ad Sanctum Adalbertum, Invictū Defen-
sorem Fidei Catholicæ, violenter extra septa Monasterij
extrahunt, per Plateam. dictam Albertinam, in terra pro-
stratum, violenter trahunt, barbarè, & im.misericorditer,
fullibus, ac funibus percutiunt.

Ulterius per alias Plateas, per Loca, fætoribus ple-
ni, in derisum, & opprobrium Fidei Catholicæ, capit e-
jus percutientes, usq; ad cerebri excussionem: tandem gla-
djs perfodiunt, in quo vulnere, se se DEO comme dans,
pro Fide Catholicæ, animam suam posuit. Sepultus Vrat-
slaviæ. Annō Domini 1341.

Venerabilis Soror Euphemia Domicilla, Monasterij ^{Numero}
E Rat. ^{zomd.}

Rattiboriensis, secundi Habitūs: Filia Leschonis ex stirpe Regum Poloniæ, procedens. Duodecim Annorum ætatis suæ, à Principe Brunsvicensi, in Matrimonium postulatur; verū Spōsalijs, Christi Domini præventa, modestè recusavit.

Antequam assumpsit Habitum Religionis, Ordinis nostri, ante Palatium Parentum suorum, nocte, orationes suas, procumbens in terra ad DEUM fundebat, & ecce! videt tres radios luminis insoliti, è Cœlis descendere, supra Ecclesiam Sancti Spiritus Monasterij, inq; medio, radiorum, columbam nivei candoris, in cuius specie, divinus ille Spiritus, sæpè descendere solet, introiūs Monasterij tecta delabentem. Sub tempus suæ vestitionis, ad elevationem in Missa SS. Hostiæ, usq; ad communionem, audita est ab omnibus, huic actui assidentibus, amoenissima, & jucundissima Angelorum symphonia, exultantes super hoc Parentes ejus, videndo tam gesta stupenda: donarunt ei in dote in Oppidum Jaworow, cum quinq; Pagi, Religiosissimo Monasterio: quod postmodum indignè ferendo Janossij Patiui sui Filius, Nicolaus Dux Rattiboriæ, Bona hæc sat opulenta, per scelus invaserat, occupaverat, & propria sibi fecerat, sicq; in summa pauperiè, & patientia, cum alijs sororibus vivens Euphemia, miraculis multis præfulgers, & Officio Priorissæ defungens, ad cupitos JESU Christi amplexus, migravit Rattiboriæ in Silesia Superiori, Annō Domini 1359, 16. Calend: Februar.

In

.. In naufragijs, morbis, & necessitatibus quam maximis, devotè invocata, plurimis miraculosè succurrens, magna apud Rattiborienses, veneratione habetur. Ingruentes quosvis casus, Civitati, vel Monasterio Sororum, sicut & obitum earundem, ab interius ante aliquot dies obitūs earum, percusso lapide suæ sepulturæ, portendit, & præmonet, prout annotationes dicti Monasterij referunt.

V. Pater JOANNES Opatovius, post terminatum ^{Numero}
suum Officium Provincialatū in Polonia, assumptus est
^{22dō.} in Confessarium Serenissimi Regis Vladislai Jagiello, po-
stea ad instantiam ejusdem Pijssimi Regis, ad Episcopatū Chełmensem, in Palatinatu Bełzensi, in quo ulteriorem
vitam suam pijssimè ducens, Ecclesiam suam Cathedralē,
plurimis candelabis argenteis magnis, ac picturis deco-
ravit, redditus pro Illustribus Canonicis, suæ Cathedræ
auxit, ut Divinis Officijs, eò vehementius interesse va-
lerent. Tres Conventus Provinciæ nostræ fundavit, Ho-
rodensem, videlicet in Palatinatu Bełzensi, Sredensem,
& Costensem, in Majori Polonia, moritur Annō Domini
1325.

B. FLORIANUS Conventus Cracoviensis, Vir do ^{Numero}
etissimus, & sapientissimus, Prior Haliciensis, una cum ^{23dō.}
viginti sex Fratribus, ob zelosam prædicationem Sancti
Evangelij, & propagationem Catholicæ Fidei, à Macho
metanis, Pallo acutissimô ad mediū perfodiati, crudeliter
Martyriū pro Fide, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione, &
unione subierunt.

- Numero 36.** In Bosna Oppido , pariter triginta sex Fratres nostri,
24^{ta}. Fidem Christi Domini , barbaris gentibus deprædicantes ,
 in fluvio demersi sunt , alligatis ad colla singulorum lapi-
 dibus . In cuius rei documentum , quotannis in hocce lo-
 co , sex radij luminosi emicant ,
- Numero 25.** In Rzytomirz Oppido , V. Pater ALBERTUS , &
25^{ta}. DOMINICUS Missionarij , cum octodecim Coadjutori-
 bus , circa flumen rapidissimum Niepr , trucidati sunt à
 Tartaris Aliqui eorum percussi gladio , alij sagittis per-
 fossi , alij hastis perforati , alij in patibulo , vivi adhuc
 Verbum Dei deprædicantes , vivi combusti sunt.
- Numero 26.** In Trewoli Oppido , V. Pater STANISLAUS Prior ,
26^{ta}. zelosissimè in sua Concionē , ad unionem S. Matris Eccle-
 siæ , volens perducere Schismaticos , primô virgis acerbis-
 simè cæsus , posteà haniò ad medium pectoris perfodiatus ,
 in patibulo suspensus , vitam pro Christo Domino , & S.
 Matris Ecclesiæ exaltatione , constanter consummavit . An-
 nō Domini 1350 , ita Dlugossius .
- Numero 27.** In Lubactow Oppido , plurimi nostri Religiosi , à Schi-
 smaticis occisi , audaciter per prædicationes , disputatio-
 nesq ; unionem illorum cum Sancta Romana Ecclesia , re-
 cognitionem , pro primo Capite Summi Pontificis Romani
 promoventes , & convincentes , crudele Martyrium subie-
 runt Qui , quia etiam in alijs locis Martyrizati nomina
 singulorum , non apponuntur . Passi sunt ferè eodē , Anno
 quo supra immediatè specificati MM ita P.M. Ruszell .

V. Pater HENRICUS Polonus, peractis laudabiliter ^{Numero}
suis functionibus Scholasticis, Laureâ Doctorali insigni-
tus, ab Innocentio IV. Summo Pontifice, ob clarissimas
virtutes, & qualitates, quibus pollebat, Ecclesiæ Culmē-
si præficerur, Palliumq; Archiepiscopale recepit.

Legatus destinatus ab eodem Summo Pontifice, ad
Danielem Principem Russiæ, ut eundem animaret, ad u-
nionem, & obedientiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, per
demonstrationem errorum, Schysmaticis, Princeps Dani-
el, inhumanissimè cum recepit, & dehonestavit verbis
lativis, cum contemptu Primatialis Dignitatis Sūmi Pon-
tificis, & è suis Regionibus, ignominiosissimè expulit, &
profligavit. Tandem reversus ad suam sedem, vitam suā
terminavit, Annō Domini 1399. Długossius.

Venerabilis Soror, re & Nomine BEATA, de Domo, ^{Numero}
& Familia Tęczyńska, Tertiaria Monasterij Cracoviensis,
ratae innocentiae, & puritatis Virgo, amore in DEUM,
sic æstuabat, ut conceptæ charitatis, flamas cohibere
vix posset. In proximos sic affecta', ut aliorum ærumnas,
suas facere videretur.

Fuit abstinentiæ singularis, pane exiguô, & hoc vi-
liore, oleribusque victiæ. Prænuntiato mortis suæ
die, omnibus Sacramentis Ecclesiæ, devotissimè susceptis,
migravit ad Dominum, sepulta manet Cracoviæ, in Ca-
pella S. Catharinæ Senensis, Annō Domini 1358.

V. Pater LUDOLPHUS, S Th: Doctor, & Provin- ^{Numero}
cia. ^{28. d.}
E3 ^{30. d.}

cialis Poloniæ, hunc piissimum, & eruditissimum Virum, R̄ndmus Dominicus de Sececino, Cancellarius Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis, ita sibi eundem adamavit, ob præclaras ejus dotes, & conspicuas qualitates, vitamque exemplarem, ut etiam post mortem suam, modo mirabilis, ambo se se amplexati, inventi sunt. Ita testatur epitaphium Cracoviæ apud nostros, penes Capitulare, in lapide sculptum, tali methodo.

Hoc compressi lapide, Beati manens, requiescunt. Quorum alter Sarmata, ex Sececino Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis Cancellarius, Sacrarum Literarum, & Juris Utriusq; Doctor, cui Dominicus Nomen. Alter Ludolphus Germanica gente progenitus, S. Theologiæ, & Ordinis Prædicatorum Professor, item & Provincialis Prælatus. Utriusq; par probitas, par dignitas, par virtutis studium, par vitae sanctimonia, atq; innocentia fuit: & dotibus corporis pares, congruit revera, hic ambos deporre, ut quos, una dies sustulerat, unus locus tumularet, sepulti Cracoviæ 1359, die 20 Maii.

Numerus V. Frater JOANNES Conversus, Conventus Vratislavensis, B.V. MARIAE, atq; SS. Patri DOMINICO devotissimus, firmus ac stabilis in Fide, & sua vocatione. Supervivens eo tempore, quo secta Lutherana excrescebat: videns Vratislaviae in Silesia, aliquorum Patrum sui Ordinis, corda inclinari ad eandem sectam; per conversationem illorum cum haereticis: monet pauperculus Priorē,

nè concedat colloquia privata peragere , & ut nullus sacerdotalis intraret Conventum, licetiamq; excundi ad Civitatem, denegaret. Conturbatus hac in re, Prior, prohibet severissimè sacerdotalibus ingressum Claustrum, licentiam excundi ad Civitatem denegat, exhortationes ad perseverandum firmiter in sua vocatione, & fide , excitatorias , habet: adhuc tamen conturbatur, videndo tepiditatem aliquorum in orationibus, & meditationibus.

Confortat animum Prioris Joannes Fraterculus, dando consilium , ex instinctu Spiritus Divini , ut si velle, dignoscere hæsitantes in fide Orthodoxa, & etiam firmiter perseverantes; aquam à se benedictam , communis lavatorio, juberet infundere, in quo Fratres solito modō, manus suas lavant, antequam mensam accedant.

Profuit consilium in bonum; nam dūm boni & optimi Religiosi, firmi, ac stabiles in fide, suas promiscuè manus lavant , sentiunt aquam sibi innoxiam. Cæteri verò ita in summo calidam sentiunt , ut & pellis ex manibus eorum excuteretur. Mirantur omnes, accedunt iterum ad lavatorium, idem facientes, cognoverunt, id virtute divina factum esse. Quare Amantissimus Prior, sub nola mensæ, suis zelosis exhortationibus, vacillantes in fide , & sua vocatione, firmat ac stabilit, cæterisq; Patribus proprijsdem, preces peculiares commendat

Item, cùm hic Frater Joannes, audiendo quendam hæreticum, calumniate & irridere Fidem Catholicam , sub-

subjicit eidem secretò , parvam particulam Agnus DEI ,
 & ecce statim hæreticus , obmutuit , non valens aliquod
 verbum , amplius proferre. Obijt pijissimè Vratislaviæ ,
 Annô Domini 1431.

Numero
3: dò.

V. Pater SEVERINUS , ex Infidelibus Judæis Paren-
 tibus natus , in Oppido Lubomli in Volhynia , huic in a-
 dulta ætate monstravit se Dulcissima Virgo MARIA , ad-
 huc in Judaismo permanenti , hæc ea verba ad eum pro-
 ferens: *Vis salvus fieri in infirmitate tua positus? Vade*
ad Religionem meam Dominicanam. Tactus inspiratione
 divina , vadit Luceoriam , in qua Fratres nostri tunc inci-
 piebant , in missionibus laborantes , locum ibi inhabitare ,
 Baptizatus ab illis , S. Religioni Nomen dedit.

Emissa Professione religiosa Leopoli , pedester percur-
 rers , plurimas Civitates , & Oppida ex obedientia: Judæ-
 is cathechizat , hæreticos , quasi divinitùs infusa scientiâ ,
 confutat , multosq; ad Ovile Christi aggregat , ut pascua
 bona , inveniant. Parvulos ad se venientes , Orationem
 Dominicam , salutationem Angelicam , ac Præcepta Deca-
 logi edocet .

Scripsit multos Libros , contra Judeos , & Schismati-
 cos , qui adhuc passim in Russia reperiuntur. Fuit etiam
 singularissimus Promotor Canonizationis S. Hyacinthi , &
 quidem quasi primus , in cuius gratitudinis obsequium ,
 & cultum præstatum , quem illi , toto sua vitæ cursu pi-
 stabat , D. Hyacinthus eum de salute animæ suæ , longè

ante

41

ante certificavit, sepelitur in Capitulari Conventus Cra-
coviensis Annō Domini 1476. Annot: Conv: Crac.

BB. ANSELMUS, ALBERTUS, ALEXANDER, ^{Numero} 331.
& SIMON, Fratres Provinciæ Nostræ Poloniæ, ab Inno-
cuntio IV. Sunm iPontifice, mittuntur ad magnum Hann
Tartarorum. In illis igitur Partibus, suo Religioso exē-
plō, humilitate, & predicatione, multos ad Fidē Christi
convertebunt. Progredientes in Persiam, cum Neocon-
versis, ibidem Fidem Catholicam disseminantibus, crude-
lissimè trucidati sunt, sepultiq; in Civitate Armdech. Ita
epistola scripta, ad Provincialem protunc Poloniæ, testa-
tur & Vincentius Beiluacensis, ac Bzovius in Annalibus.

V. Pater STANISLAUS KOKOSZKA, S. Th: Bac. ^{Numero} 341.
calareus, eruditione præstantissimus, ac sanctitate vita
Venerabilis Vir. Plurimam tulit operam Innocētio VIII,
Summo Pontifici, ejusq; Commissario Patri Alberto de
Seccino, Provinciali Poloniæ Ordinis Nostri, Annō Domi-
ni 1489, in illa pia exactione Regni Poloniæ, Bohemiæ,
Daciæ, Sveciæ, Norvegiæ, ac universæ Germaniæ īdicta,
contra perfidissimos Turcas, & Tartatos.

Erat iste Pater in Concionibus servidus, vitiorū ob-
jurgator, in contemplatione, & oratione pernox, in custo-
dia sensuū solitus, in mortificatione sui, rigidus.

Ante Imaginem Redemptoris nostri, in Cruce passi,
quæ in Angi porticu Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis, ut
antiquitate, ita & veneratione exstat in Altari, sœpiùs e-

um orasse tradunt, supra cujus caput, in oratione supplicis, videbantur à Fratribus nostris radij, in globum ferreum igneum revoluti, pignora splendoris illius, quo omnes, qui Christi Imaginem, in se expressam referunt, perenni claritate illustrabantur.

Certo etiani tempore, dum in Angi portici, circa cisternam noctu obambulabat, suas preces ad DEUM pro animabus, circū circa percurrentes fundebat: audit singularem quendam in cisterna, putans Fratrem quempiam causa lapsum esse, vocat primò, secundo, & iterum quisnuā esset? nullus respondet, singultus tamen ejus aures prætervolant. Tunc ille, signo S. Crucis, fronti, ori, & pectori impressō, adjurat ejulantem, ut diceret, quisnam esset? cuius rei gratiā, illo loci delitesceret? & quæ causa singultuum, & ejulationum? respondit, ad hæc: anima sum illius Fratris, qui nuper obiit, officij sui parū memoris, purgatorijs pennis, hac in cisterna, JusloDE I. Judicio officior. Leviores maculas, quibus respersus fui, non Tibi pando: hoc tanum scias, Fratresq; desides officij, admonetas, velim, me hic flammis purgatorijs exuri, quod pro anima alterius Fratris, è vita decedentis, Psalteria consueta non recitaverim.

Quærit ulterius Stanislaus animam purgantē, quām gravis sit uredo, qua torqueris? respondet, ignes alij, aura est tenuis, comparatione ardoris, quō discrucior. Experiri volo, infert Stanislaus, hoc in mortali corpore crux-

ciatum, quem asseris, modò ut aliquam partem expendā
soppliorum, quæ demerui. Respondet anima, si pervi-
caci animo poscis, manum extende, guttulam sudoris mei
excipe, me tuis Sacrificijs juva. Protendit ille manum,
igneam quandam lachrymulam excepit, quâ perustus, do-
loris immensi impatiens, vociferans, in terram prosterni-
tur, semimortuus.

Accurrunt Fratres, vocibus, nec non clamoribus do-
lentis excitati, seniculum jam exsanguem, & ferè emor-
tuum reperiunt: crebris fletibus fugientem animam revo-
cant, causam doloris, & casus, inquirunt. Non diffitetur
ille, ad se reversus, hæcce posteris inculcanda, monet.

Superstes postea, annum integrum cruciatus purga-
torij, in exhausto corpulculo, persentiebat; demum sancto
fine quievit, sepultus penes Altare Crucifixi, in Angi por-
ticu Ecclesiae SS Trinitatis Cracoviæ, Annô Domini 1499.

V. Pater CYPRIANUS Conventus Posnaniensis, ex
obedientia Viliam missus, ibidem ad Suffraganeatum as-
sumptus est. Videns in hac Civitate, magis ac magis hæ-
retim excrescere, suis Concionibus, acq; disputationibus,
eos devincens, ita suppressit, ut ex Civitate Vilnensi, Du-
cum Lithuaniae Authoritate, omnes hæretici expulsi sunt,
in quibus laboribus, usq; ad mortem perseverans, moritur
Vilox, in vita, & post mortem miraculis clarus, Annô
Domini 1491.

*Numerus
351d.*

V. Pater MELCHIOR Moscicensis, Conventus Cra-
co-
F2
*Numerus
361d.*

coviensis Multa millia hominum, variarum sectarum, zelosissimis suis Concionibus, & suo sanctissimō exemplō, vitæq; sanctitate, ad Fidem Catholicam perduxit. Dum enim concionabatur, vel exhortationes ad populum habuerat, aut cum hæreticis colloquebatur, radius igneus, ex ore ejus, exire videbatur; & cùm certo tempore de extremo die judicij, Concionem ad populum habuit, tota facies ejus resplenduit, ac si quis oculariter ipsum DEUM Judicem videret.

Serenissimus Rex Poloniarum Sigismundus III. (cui à Confessionibus fuit) hæreticis pro suo libero exercitio sectæ in Regno Poloniæ, suum Regium Diploma subscribere intendebat; zelosissimus pro Fide Orthodoxa Melchior, calamum è Regis manibus eripuit, & attramentariū de mensa in terram dejecit, ipsumq; Regem facti intentati pænitere, commendavit. Mortuus Ciacovia, Annō Domini 1499.

De hoc Viro zelosissimo pro Fide Orthodoxa, ac cæteris alijs Ordinis nostris Fratribus, Illustrissimus, & Reverendissimus Petrus Tylicki, Episcopus Cracov: ita testatur: Si Melchior Moscicensis, Cyprianus Posnaniensis, Lucas Samotulius, Ordinis Prædicatorum Sacerdotes, suā Doctrinā, Ecclesiam DEI non fulcirent, proculdubio hæresis in Polonia, prædominaretur, vixq; aliquod fastigium Orthodoxæ Fidei superesset in Polonia.

Huic Inclito Patri, splendores honorum adgeniculabant-

bantur, ut gratiam cum ijsdem inijsset. Humilitas, au-
res, oculosq; texerat, ne aspiceret quidem.

Instabat Sigismundus Augustus, ut suus Melchior Cō-
fessorius, modo Camenecensem, modo Præmysliensem E-
piscopatū haberet, renuit semper ille, nec infeliciter, be-
atiorem le existimans Religiosum prædicantem, quām E-
piscopatū Tyraū periculosā fulgentem. Armamentarium
Fidei, ut staret paratum, Cracoviensem, Posnaniensem, Ge-
danensem Conventus; tūm malitia hæreticorum oppressos,
tūm vetustate collapsos, reditibus adficijsque auxit, re-
novavit, illustravit. Theologiam quam speculabatur in-
terrī ex auditu, nunc feliciter, in Civitate Domini vir-
utū, oculo ad oculum sicuti est, beatus legit ex intuitu.

Venerab: Frater VINCENTIUS Religionis Tyro, in *Natura*
Conventu Cracoviensi suscepit sacrum habitum, tanta e-
st animi innocentia, & simplicitate, ut cochlearia mē-
x Patium numerare nesciret, puritate, & vita serè An-
gelica. Circa agonizantem Fratrem Patrem Lucam, per-
igil as ducens: dum putat illum esse mortuum, & post
missum, se attollentem videt, timore nimio corruptus,
nimam niveo candore castimoniae fulgentem efflavit, per
manus Angelorum, Virginum Choris insertus. Annō Do-
mini 1493

V. Pater Magister MELCHIOR de Warka, Pater *Natura*
oræ contemplationis spiritu, extaticus, ad eum modum *seru*
extra se rapiebatur; ut præ dulcedine raptus, & in orati-

one absorptus, nullius ex circumstantibus sp̄eciē videret
aut loquentium vocem audiret: ex quo interdum gelu
brigescens, à Fratribus in Cellulam efferebatur.

Energumenos, frequenter à dæmonibus liberabat
utq; illis terrificus esset, quatuor dies in hebdomada tot
tempore vitæ suæ, in pane & aqua jejunabat.

Quadam nocte, surgens ad sundandas D E O prece
apparuit ei sathan, in forma, & specie canis latrantis, vo
lens eum impedire in oratione, hunc ille ad pedem mer
sæ suæ alligavit, donec suas terminaret preces: eundem
derisum, postea dissolvit, & nè amplius in Oratione impe
diret, objurgavit.

Conventui Vilnensi, plurimis annis præfuit, virtut
omnium ideam, sibi subjectis Fratribus, se semper dem
strabat. Tandem vitæ suæ cursu, sanctissimè peracto, u
bi exitus sui ultimum terminum, divina revelatione sibi
imminete sensisset: Patrem Supprietem, Fratresq; suos cō
vocat, ut Sanctissimo Viatico, illum ad iter roborare
atq; Sacrō Oleō perungeret.

Mirantur Fratres, quod dùm nullō morbo protut
afficiebatur, Sacraenta postularet: dicentes ad eum, n
os adhuc relinquas, Pater svavissime, Te enim robusti
orē, nec aliqua infirmitate quassatum, videmus.

Interim adest Supprior, Pater Petrus Opatovius, Hi
vigentem, & lachrymas fundentem, Melchiorem, autho
ritate divina, pro more Religionis plenariè absolvit

San-

Sanctissimoq; Eucharistiæ SACRAMENTO reficit. Tunc ille, summa humilitate pro volutus in genua, suscipit. Extremæ deinde Unctionis SACRAMENTUM, instantiùs flagitat, & Suppriori cunctanti postulat, ne moram faciat, sed quanto cyùs agat, nè spiritus illius, flammis infernalibus, vel absteriorijs peruratur, rogat, dicens: Inunge hæc arida senilia membra corporis, sedentem in lectulo senem inungit Petrus Supprior, ille alacri voce respōdet ad singula, Psalmis Pœnitentialibus, alternè cum Fratribus suis altè recitatis. Tardem his sacrīs devotè procuratis, Crucifixi Imagine accepta, piè complexâ, & non semel purissimis lachrymîs irroratâ, quæ circa agonizantem Fratrem, orationes recitari solent: Fratribus coram adstantibus sibi ipse accinit. His omnibûs exactis, illam Antiphonam: *Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, Favissimè voce sua, Precentoris officiō functus, spiritum DEO reddidit, in Conventu Vilnensi Annô Domini 1499.*

V. Pater JOANNES DAMASCENUS Magister, ^{Ci} ^{Numero}
^{39nd.} vitatis Smolensceris zelosissimus Concionator, inter Ruthenos, ignitô unitatis Ecclesiasticæ fulgebat semper eloquiô. Dum quadam vice, invitatus fuisset à PP. Seraphici Patris Francisci Minoritarum, pro Concione habenda in Solemnitate S. P. Francisci, post Concionem finitam, ad mensam invitatus, varios discursus utilissimos, ac proficuos, interserens; insperatè exclamavit: hodie solvetur ne-

xus amoris, & surgens à mensa, venit ad sui Ordinis Cōventum, accipiens Christum Crucifixum in manus suas, prostratus in terra, gemitibūs inenarrabilibūs, illū deprecabatur, commendans animam suam DĒO, B. M. V. & SS. Patri DOMINICO, moritur Smolesciæ, sepelitusq; à Fratribus, mortem ejus deplorantibus, Annō Domini 1640. Corpus ejus post quinquaginta circiter annos, absq; ulla sui corruptione inventum est. Croiner Scriptor Poloniæ.

Numerus **semp** V. Pater Magister FELIX de Siradæ, bis Provincialis Poloniæ, Concionator famosissimus Cracoviæ, in Circulo B. M. V. Factus postea Prior Cracoviensis, accidit quod in Dispensatorio, deerat annona & panis, quibus reficerentur Fratres: nihilominus horâ consuetâ, mandat pulsare campanulam Refectorij. Congregati Fratres, solitam benedictionem mensæ perficiunt. In locis suis positis Fratribus, hanc exhortationem facit: *Fratres Charissimi, sicut servimus Dominum, ita & nos pascit Eccl, post reflexiones illis factas, & ecce pulsatur ad Portam Monasterij, abundans eleemosyna, & portiones paratæ, ad Refectorium afferuntur, ita ut non solum sufficientiā ad mensam habuerint, sed etiam pauperibus erogaverint, ac plenum dispensatorium repleverint, moritur Siradiæ, in Majori Polonia, Annō Domini 1491.*

Post mortem ejus plura miracula DĒUS per ipsum operatus est: nam sápè sápiùs à Fidelibus invocatus, ægris sanitatem, ope divina contulit, & Civitatem suam, suosq;

osq; Concives Siradienses, à varijs incurvibus, & incendijs liberavit, apertè se monstrans in àere, cum vase aquæ, extingvens ignem.

Unus etiam ex Fratribus nostris, maxima febri exacerbans, ad ejus sepulchrum, sub Altari majori, orans, & se eidem commendans, sanus ad suam Cellam rediit. Connot: Conv: S.rad.

V. Pater Magister INNOCENTIUS, ferventissimis ^{Numero} suis Concionibus, plurimos ad sanctimoniam vitæ, & bona opera facienda excitabat. In jejunijs, & orationibus assiduus, ita ut pellis, ad ejus usq; ossa pertingeret Peste infectis, promptus inserviebat, eorum S Confessiones audiendo, & SS. Eucharistiæ SACRAMENTUM ministrando. Ipsemet postea hacce peste infectus, mortuus, & sepultus est Præmysliæ, Annô Domini 1497. Ad cuius sepulchrum sæpius splendor emicat, annot: Conv: Præmisl.

V. Pater Magister SIGISMUNDUS MIASKOWSKI, ^{Numero} Conventus Posnaniensis, à prima Juventa more Miaskowsiorum educatus, eruditione adultus, fucundia cōptus, pietate effusus, ab Urbano VIII. Summo Pyntifice, Annô Domini 1644. creatus Episcopus Caffensis, seu Tauricæ Hermonæ, Consecratur verò Posnaniæ, Annô Domini 1645 die 28. Maii, ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Andrea Szoldiski, Episcopo Posnaniensi, moritur Cameneci in Podolia, Annô Domini 1647.

V. Pater Magister GEORGIUS TREBNICZ, Con. ^{Numero} G ^{431d.} ven.

ventus Posnanien: emenso in Cathedra, egregia cum laude
 Studiorum cursu, præfuit in varijs Provinciæ Nostræ Cō-
 ventibus Religiosæ Observantiæ disertissimus Custos, ita
 tamen ad illam servandam animabat, ut eum simul & ti-
 merent, & amarent. Tandem bis Provincialis Poloniæ fa-
 cetus, illam tanta suâ prudentia rexit, ut & bonum com-
 mune conservaretur, & Conventus Provinciæ ampliare-
 tur, repararentur. Seniô item confectus, omnibus ad se
 vocatis Fratribus firmans eos in perseverantia, Religiosæ
 Observantiæ, & charitatis Fraternæ, SS. SACRAMEN-
 TIS Ecclesiæ munitus, moritur in suo nativo Conventu,
 Annô Domini 1503.

Numero V. Pater PETRUS Leovaliensis, ingressus Posnaniæ
¶ Religionem, studijs, & literis incumbens, nihil præter-
 misit eorum, quæ ad accuratiorem disciplinæ regularis cu-
 stodiam pertinent. Tantæ erat humilitatis, ut nullos gra-
 dus Scholasticos acceptare voluerit, totum se dans devo-
 tioni, ac pietatis operibus. Libros chorales, in pargam-
 no, egregiè, & acuratè scripsit, & composuit: qui Libri
 ad hæc usq; tempora nostra publico cantui exponuntur,
 & conservantur. Idem præstítit, & alijs Provinciæ Con-
 ventibus.

Item Tandem laboribus, & senectute confectus, pijssimè
Numero obdormivit in Domino, Posnaniæ Annô Domini 1506.

¶ V. Pater BERNARDUS, Conventus Cracoviensis,
 Vir plenus Apostolico spiritu, factus Archiepiscopus Hali-
 ci-

ciensis, Fidē Catholicā, & ūionē cuī S. Matrē Ecclesia
Schismaticis deprædicans, alijſq; gentibus barbaris S. Evā
gelium disseminans , à vertice capitis , usq; ad mediū ſui
corporis, vivus, ſerra ferrea ſcissus , in finem igne consū-
ptus eſt, Annō Domini 1614.

V. Frater Magiſter LUCAS Samotulius, Conventūs ^{Numero}
Poſnaniensis SS. Rosarij indefeffus Promotor , ac cultor ^{45to},
Capellam eidem B. M. V. Poſnaniæ , magno ſumptu ere-
xit , & adornauit , partim ex laboribus ſuis dum fuerat
Doctor in Academia Parisiensi , partim ex collectis bene-
factorum eleemosynis.

Dum ad continuandum, & perficiendum, tam ſanctū
& pium opus defuerat peculium, ad coēmendū cæmentū,
lateres & alia , atq; ad ſolvendum laborantibus circa fa-
bricam: pius Pater consolans operarios, brevi tempore ſa-
tis habituros; prostratus corpoře ante Altare Gloriosissimæ
Virginis Rosarianæ , petit ſubſidiū ad perficiendum in-
eius honorem optis.

Post hæc mandat in Nomine Domini currum cæmē-
ti advehi, & ecce intra illud, ſaccum argento & auro ple-
num reperit. Gratias igitur agens DEO, & B. M.V, ne-
dum hanc Capellam Rosarianam ampliſſimam terminavit,
& de integro perfecit, verūm & aliam Capellam D. Hya-
cintho, cum tribus Cupulis ædificavit, flexis genibus , in
oratione, & meditatione inventus, pijſſimè obdormivit
in Domino Poſnaniæ, inter Fratres ſuos ſepultus A.D. 1524

^{461d.} lycæ in Vołhynia, pijs, ac honestis Parentibus natus, Hic vel in ipso vitæ suæ exordio, futuræ perfectionis, Religionis Christianæ, ac morum honorum, non postrema indica exhibuit. Imbuendus, literarum studio, traditus, adeò proficere in eodem visus est, ut capacitate, & ingenio alijs, præstantior esset. Evidem super annos ætatis suæ, congregatis alijs Juvenibus, præsertim in errore Schismatistarum versantibus; veritates Catholicæ Fidei eisdē explanabat, eosq; ad devotionem, & modestiam alliciens, à levioribus puerilibus iudicis abducebat. Discursus, & verba minus honesta, non modo ipse, audire renuebat, verū & alios, de ijsdem graviter arguebat. Quod quām utiliter eidem evenerit, ipsi ætatis suæ, & studij socij declararunt; dum in præsentia Caroli, ab ejusinodi ritibus, penitus se se abstineat, diligenter curarunt.

Non videt illum quispiam, minimis vanitatibus occupari, ad laudandum DEUM, ad laudandam Sanctam Mmā Genitricem DEI MARIAM, ad visitanda Templa orationes faciendas, jejunia servanda, præire singulis, allicere universos, studebat, & quanquam propterea, non nullis in odio fuerit, nihilominus tamē, & admonitionibus proprijs, (ubi proficere potuerat) & denuntiationibus corā Præf. Etis Scholarū, ubi alius corrigendi defuerat modis utebatur.

Caliginosi hujus sæculi labilem cuiusum, pro sui ingeni modulo considerans, cognovit optimè, tametsi juveni-

nili , satis tamēn maturo judicio, eum , sibi periculosum ac perniciosum fore , spretis apparentibus illecebris , Religionis Habitum in Ordine Nostro suscipere constituit , quem nec suus frustravit eventus, in Conventu Regali Luccorienſi.

Factus itaq; Carolus Filius Magni Patris SS DOMINI NICI, eū sibi velut exemplar in ulterioribus progressibus præfixit, reiā hujus, tanta documenta in ſeipſo monſtravit ; quantis excelluit virtutibus : quarum quia ſingulas recenſe: e, per longum eſſet ; vel ipſa devotio indicium non leve, gratiā cuius, noctes ducens iſſomnes, ad Altare Miraculosa Imaginis B. M. V. continuis orationibus vaſabat, frequenti, ac ferventi SS. SACRAMENTI Eucharistiæ reficiebatur uſu, iſſima Religionis obibat ſervitia , in abſtinentia iſſignis, corpusculum ſuum, diris flagellis, & ſanguinem effudentibus, non raro cruentabat.

Callitatis Angelicæ, quam ab incunabulis intemerata ſervavit, ſecūm q; in Religionem tulit, quemadmodūm Amator & Cuiſos, ita eidem appositæ veneri, inimicus, & contrarius fuit, ut non modò à verbis, vel minimè incauti, verū etiā à quocunq; aſpeſtu, mulierū abhorreret.

Talibus tandem paſſibus viiitum, incedens ; pervernit tandem, ex alto ſuī tyrocinij anno probationis, ad optatum, ſuarum intentiorum terminum ſolemnis Profiſſionis. Post ejus emiſſionem, votorumq; Religionis promiſione voluntaria expleta, tantò ſtrictiorem inivit conjū-

giosæ, ita erat amantissimus, ut eam regalibus domibus,
& delicijs, plus aestimaret penderetque.

Beatissimæ Virgini MARIÆ, cuius erat singularissimus Cultor, per assiduas supplicationes, & preces, quibus eam interpellabat quotidie, negotium conservationis innocentia, & castitatis suæ commisit: idq; asecutus est, quod virtutis ejusmodi candore, ad extremum usq; vitæ suæ exitum, niteret, atq; splendoreret,

Sanctos DEI amicos in Cœlo regnantes, et si debito, & singulari devotionis suæ prosequebatur cultu, speciali tamen honore, atq; pietate sua, S. Joannem Baptistam, & D. Onuphrium Anachoretam venerari, summo ei studio erat, cupiebatq; avidissimè, in austерitate vitæ, modestia mansuetudine, silentio, mortificatione corporis, contemplatione, humilitate, patientia, ac vigilijs nocturnis, ejusmodi Santos imitari. Quod quam glorioſissimè perfecrit, singulis eum intuentibus notum, atq; optimè perspectum erat, ut pote, qui ejus vultum semper pallidum, oculos demissos, frontem modestam, faciem ipsam deventionem spirantem, totumq; corpus, ita compositum testabantur fuisse, ut Anachoretæ austeriſſimi, veram in ſe, Imaginem exprimeret.

Sequens itaq; ejusmodi vestigia Patrum, venit tandem, et si in juventute annorum suorum, ad perfectionem illam, quam DEUS unquam, remunerari non finens, premiare, & in servo suo Carolo, decreverat, quod exsubita

ctionē cum sponso animarū, & suo JESU Christo Dōmino nostro, quantō magis, ac magis perfectionis tendebat ad metam.

Philosophicis applicatus studijs, tantæ in ijsdem diligentiæ erat, ut cognitionem eorum, quæ in illis tradūtur, mirum perciperet in modum, tamen parum, & floci æstimaverit, nisi ex ea ulterius ad cognitionem Majeſtatis, ac dignitatis divinæ, & per considerationem reflexam propriæ miseriæ, & vilitatis perveniret.

Cogitatione, & aviditate constitutus in DEO æterno, & Coeleſtia contemplabatur assiduè, à quibus, nè vel minimam pateretur diversionem, colloquia minùs utilia, & vana fugiens, altō ora sua, ligabat silentiō, & si quād q̄ extra horam silentij, contigerit alicui eum loqui, audire, loquela ejusmodi alia non fuit, nisi de DEO, virtute, & profectu spiritūs.

Non permittebat sensibus quidquā, quod sensus prava sua declinatione desiderat. Corpus & membra ejusdē, ut eò magis ſpiritualibus subd̄ceret regulis, à carne, & portionibus exquisitis, abſtineri conſervevit, & ad Coeleſtes delicias anhelans, pane solo, & aquâ, interdum fuit contentissimus.

Meditatione Passionis Dominicæ, contemplatione Cœleſtium Mysteriorum, ac secretis cum D E O colloquijs, modo quo poterat meliori, desiderans vacare, ſolitudinis remotioris, à quibusvis ſæcularitatibus, atq; Cellæ Religio,

nea febri ; quām patientissimē tulit , fidelis , & obediens ille Domino suo, intelligens, tribus ante obitum suum diebus, Ecclesiam ingrediens, generalem confessionem face re , Corpus , & Sangvinem JESU Christi sulcipere curavit ijsq; devotissimē, atq; cum magna , & ferventi , gratiarum actione peractis, ad Infirmaryam , debilis quidem corporē, sed fortis, spiritu & animo, regreditur, dissolutionem sui corporis, ac unionem perfectōrem cum Chri sto, exoptando.

Hac in re, quia impediri aliquo modo à suo Germano Fratre videbatur , qui eum infirmum visitandi causā venerat, his eundem alloquebatur verbis : nunc paululū à me recede Frater charē, siquidem me jam invitatum ad Cœlum præparo , & scias , quia ego junior tibi ætate , mej majori ad DEUM demonstrabo iter.

Secunda die, rogavit per Fratrem Sventoslaum Conversum , qui ei in sua debilitate serviebat , ut omnes Patres , & Fratres , ejusmodi Conventus advenirent , ejus desiderio, cùm satisfacerent , quemlibet scorsim deprecabatur, humillimē, de lecto se se elevans, ad singulorū pedes prostratus: agebat magnas gratias, demissus humilitatis Amator, omnibus Superioribus suis, Priori imprimis, quod eum inter Filios SS. Patris Nostri DOMINICI annueraverit , habituq; sacro exornaverit. Magistro suo, & Patri Spirituali, Patri Mariano Columbino, quod eum in moribus Religiosis instruxerit, alijs universis, & singulis,

pro grata, & jueunda cōversatione, pro salutari ædifica-
tione, tametsi ipse omni bus, sanctitatis, & morum suis
set verum exemplar.

Commovit hæc humilis, & pia valedictio ad fletum
universos, & ad planctum, cuncti magnoperè affecti sūt
mærore, & tristitia, quod societatem Fratris ejusmodi
meriti, & exempli, quæ nemini non potuerat esse deside-
randa, jam jam cognoscabant esse amittendam : Carolus
verò omnibus istis non obstantibus, alacris, & bonæ spei
plenus, semper in Domino suo persistens, dolorē lenire
devotisq; orationibus juvari supplicans, exposcēs SACRA
MENIUM extremæ Urtionis, pientissimè suscepit, e-
aq; suscepto, septem Psalmos Pœnitentiales, toto corde, &
affectu, in Cœlum intentus, recitat, & persolvit. Ami-
cos DEI, & Intercessores nostros ad DEUM, Sanctos Cœ-
lestis Patriæ Cives, per attentam Litaniarum de ijsdem
recitationem, invocat in auxilium, præsertim autem D.
Joannis Baptistæ, & S. Onuphrij, quos singulari prosequi-
batur affectu, scelē patrocinio commendat, ut ei in auxi-
lium succurrerent.

Ne verò absentibus Fratribus, & absq; ultima vale-
dictione eorum, temporalia derelinquens, in Regna abiret
æterna, poposcit omnes post Matutinas Preces, ad se accer-
siri, quibus satisfacientibus, denuò desiderio ejus, & ac-
cessitis, ejusmodi supplicationem porrexit, ut cō integrō
Religionis habitu indutō, Suffragia agonizantium, atque
commendationē animæ ejus, inciperent. H In

In cōrde vērō suo, quia semper mēmoriām Salvato-
ris sui habuit, figuram ejus affixi in cruce, dari sibi fecit,
cāq; reverenter in manus suas accepta, flagrans totus, af-
fectibus amoris DEI, piētissimē osculabatur eam, tantāq;
eam cupiditate, suis admovebat labris, & osculis acule-
isq; in capite ejusdem Imaginis existentibus, ut vulnus
eis, usq; ad sanguinis effusionem infligeret, eoq; in tem-
pore, quo mens & sensus deficere incipiunt, ipse in con-
templatione DEI Redemptoris sui persistens, eandem ejus
modi alloquebatur verbis: *Domine creasti me, cūm nihil
essem, redemisti immeritum, salva quāq; indignum;* quibūs
verbis prolatīs, apparebat quid m̄ omnibus præsentibus,
& adstantibus à corpore suo solutus, atq; mortuus; verū
ille in consideratione Cœlestium pro eo tunc persistens,
in ejusmodi cum cordis suspirio, auditus est prorumpere
alloctionem Fratrum, gaudete, quia hodie natus est Na-
zarenus, qui est unus de societate, cūmq; interrogaretur,
quid sibi sermo iste vellet, ille manus, & oculos in Cœ-
lum elevando, cum inenarrabili loquebatur affectu, &
gaudio. Vado, vado, Domine DEUS, Redemptor meus,
Dulcissime JESU. Vado Domina mea, protectrix mea,
Mater Salvatoris meis oculis tandem monstrantibus jucū-
ditatem ingentem, in circumstantes intentis, hoc pæcto
alloquebatur eos. O Patres, & Dilectissimi Fratres, & nō-
nè videtis, nonnè cognoscitis, Supremam Cœli, & terra
Reginam, singularem nostram Dominam MARIAM, ma-
nuq;

quāq; suā eam demonstrans, ac vēlūt indigitans, dicebat: ecce Domina venit, prosternamini omnes in genua, & salutate totis affectibūs devote MARIAM, & Matrem nostram, ecce est, ecce me visitat, & misericorditer in me um advenit auxilium.

Talibūs sermonibūs factis, repetere iterum cœpit; quasi vocantibus eum, Christo Domino, & MARIÆ Virgini respondens: Vado, vado Domine DEUS, Redemptor meus, Dulcissime JESU. Vado Domina mea, Protectrix mea, Mater Salvatoris mei. Postremo Canticum, Te DEUM laudamus incipiens, quasi pro finiēda feliciter victoria, & triumpho de sāculo: breviter obtinendo gratias DEO persolvens, eidem sibi præsenti, suum spiritum tradidit dicendo: *In manus tuas Domine, commendō spiritum meum, Sanctissimam quoq;, & Beatissimam Virginem MARIAM, celebris Hymni illius versibus, exorans; MARIA Mater gratiae Ec ea, ubi elocutus est verba, Ec hora mortis sujipe, immaculatam suam animam tradidit Creatori: solutusq; illâ miserabilî vitâ, felicitatem inchoavit æternam, Annô Domini 1622. in Vigilia S Joannis Baptiste, quem ipse singulariter colebat: elapsô à Professione sua annô unô, eo ipso die, quo solemnibus se se Religiōni obstrinxerat votis.*

Devoluta ad aures Civium Luceorienſium Caroli felicissima morte, protinus, ingens multitudo populi currit ad Conventum, magnificans DEUM, quod tam fe-

Iici tamq; gloria morte, suum dignaretur servum.

Utq; piam opinionem suam, quam de illo universi illi homines habebant, demonstrarent: quidam illorum, particulas Religiosi habitus considerabant acquirere, quidā verò, ejusdem deosculabant manus; permulti deniq; ut eos, suā apud DEUM intercessione juvasset, sese ei commendabant.

Sepulturæ autem, cui ejus tradebatur corpus, tam magna, & penè innumera convenerat, cujusvis statūs, & conditionis hominum copia, ut nisi cum difficultate multa, sepeliri poterat: & quod vel maximè illependum, singulariꝝ Providentiae DEI adscribendum, qui famulorum suorū monumenta decorare consuevit, quatuor magnos, & potentes Principes, Georgium scilicet Czartoryski, Georgium Zaslaviensem, Adamum in Kolszara Sanguszko, Palatinum Vołyniæ, atque Nicolaum in Klewan Czartoryski, qui omnes aetui ejusdem assistere non erubueré, licet nullus eorum de alio sciebat, proprijs manibus ad locum funeris portarunt, & sepelierunt.

Depositum itaq; corpus Caroli, in communi sepulchro Fratum, Conventus Luceoriensis, ibiꝝ annis circiter viginti sex permansit.

Excitatâ verò, Annō Domini 1646 Infenissimorum Catholicæ Fidei barbarorum Cosaccorum impietate, non modo Provincias Regni, Urbes, & Ecclesias, verū & ipsa Christianorum sepulchra, devastante, etiam & corpus hu-

hujus Sancti Servi DEI Caroli, suō sepulchrō, tēna cum alijs, fidelium corporibus ejectum, impijs Tyrannorum pedibus contemptum, & conculcatum fuit, atq; ita permixtum alijs in cæmeterio in una fossa, ad hoc, non in consuliō facta, operā Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Luceoriensis Ritūs Græco-Uniti tumulatum est.

Dignosci itaq; ossa, & Reliquiæ eorum, & vel maximè Caroli, utpotè permixtæ aliorum ossibus, non possunt. Ille tamen virtutibūs omnibūs ornatus, Servus DEI Fidelis, & verus, confitendus est.

V. Pater I^HOMAS WOLSKI, Vir devotus, & re. *Numero* clus, multorum Conventuū, & sui nativi Conventus *Luceorien*sis Prior vigilansissimus, Honorisq; Divini, & B. V. M. in promovendo SS Rosario zelosissimus. Dùm es- set Prior Conventus Jalovicensis, fractus laboribus Reli- gionis, in gravem mōrbum incidit, Luceoriāmque causā recuperandæ sanitatis, venit. At cum cognovisset, parūm prodesse medicinas corporales, totum se ad medicum spi- titualem, convertit: sicq; propè agotē constitutus, D^O B. M V. SS. Patri DOMINICO, alijs Sanctis Patronis, a- nimam suam commendabat, munitus SS. Ecclesiæ SACRA- MENTIS, piissimè expiravit, ipso die Circumcisōnis D. Anno 1686 Luceoriæ, & sic optimus Pater, Prioratum Jalovicensem eodem die terminavit, quo & vitam.

V. Pater BERNARDUS PARCOVIUS, S Th: Bac. *Numero* calaureus, Conventus Luceoriensis, à Schismaticis rebel. *et iudicatus*.

ibus Ecclesiæ S. DEI, in odium Orthodoxæ Fidei, diris-
simè necatus est: sepultusq; in Conventu Cosslerocamenē.
Fuit Vir Religiosus, ac devotus, qui circa Annum Do-
mini 1648. dum esset secundò, confirmatus per dispensa-
tionem Reverendissimi Patris Magistri Generalis, totius
Ordinis Nostri Prior Luceorienſis, supellec̄tilem Ecclesi-
asticam, & pretiosa clenod̄ia, de hoc suo Conventu, tem-
pore hostilitatis Sveticæ, Cracoviam evchendo, in via, à
Cosaccis rebellibus, invasus, & occisus, non tantum ob
spolia Ecclesiastica, sed etiam ob odium Fidei Catholicæ,
quam deprædicabat, crudelissimè natus est.

Numerus V. Pater Magister GABRIEL FRANCO, bis rexie
et genit. Conventum Luceoriensem, procuravit multos Libros, di-
versorum Authorum, in varijs materijs pro Bibliotheca
Luceorienſi, & pro Choro ejusdem Conventū Antiphonaria
scribere fecit, Vir sanctitate vitæ, devotione erga
DEUM, & B. M.V. servidus, & continuus, placidissimè
animam suam Plasmatori suo, in suo nativo Convento Lu-
ceorienſi tradidit.

Numerus V. Pater Magister JOANNES Baptista KOWNACKI,
somo. Vitæ zelosissimus pro Fide Orthodoxa, & observantia Re-
ligiosa, non solum verbo, sed et exemplo, quod docuit,
hoc & præbuit. Multis ornamenti Ecclesiam Luceorien-
sem, post devastaciones igneas, & direptiones Barbaroru-
desolatam, suâ activitate dotavit, & Conventum pari-
modo devastatum, tam fabricâ, quam alijs necessarijs am-
plificavit.

Ima-

Imaginem B. M.V. de Silice sculptam, in modū monerat, magnitudinis unius Tynfionis, cum Literis græcis inventam, seu de terra effosiam, à laborato Samuele in Villa Męczyce, mirabiliter gratijs plenam, à Domina hujus Villæ Lysakowska procuravit, & Conventui Luceoriensī, pro majori devotione augenda erga B. M.V. contulit, de quo devotissimo Patre fusiū scribitur, in Connotationibus Conv: Luceoriensis.

V. Pater Magister HYACINTHUS PROCOPIUS <sup>Numero
semo.</sup> HANSOWICZ SZOSTAKOWSKI, rexit Conventū Luceoriensem, quatuor vicibus, rehabilitatus à Reverendissimo Patre Magistro Generali Ordinis, cum optimo emolumento Ecclesiæ, boni communis conservatione, & augmento, & S. Observantiæ, multa enim mobilia, & immobilia bona sive Villas, suā activitate, & industriā, acquisivit, uti clenodia pro decore ossensorij SS. SACRAMENTI, Imaginis Gloriosissimæ V. MARIAE, ac Ecclesiæ ornamenta insignia, summas pecuniarias notabiles, notabiliter, Villas & prædia, ac alios fundos, tām in Civitate Luceoriensi, quām extra, Conventui procuravit

Varias, & insignes, ac honestas Personas, Nobilitate, Scientiā, opibus, & ingēnio præclaris, ad Religienem Sacram, exemplo suo bono adduxit.

Inter has Personas, Celsissimum olim Principem, Josephum Swatopełk Czertwityński, in Religione Hyacinthum, cum pluribus bonis immobilis, ac summa insigni-

Capitali inscriptā, ad S. Religiorēm induxit. Ecclesiam
D. Mariæ Magdalenæ, Patronæ Ordinis Nostræ muratam
in Villa Nowystaw, extruxit, Villas, & prædia, ab hosti-
li milite direptas, insigniter reparavit. In Capitulo ele-
ctivo Provinciali, Sandomiriæ ad S. Jacobum, Annō Do-
mini 1671. ex Prioratu Torunensi, Provincialis Poloniæ
factus. Post terminatum sat laudabiliter officium, in Cō-
ventu Luceoriensi, multis annis, extitit eximius Conci-
onator, & SS. Rosarij Promotor zelosissimus, usq; ad ul-
timam vitæ periodum. Tandem fractus laboribus, &
seniō confectus, pijssimè obdormivit in Domino Luce-
oriæ.

Numerus; V. Pater Præsentatus IGNATIUS KOWNACKI,
sæcūd binis vicibus Prior Conventū Luceorienſis, sub ejus pri-
mō regimine, plura bona accesserunt Conventui, post di-
reptionem Sveticam, tam Ecclesiæ, quam Cōventui. Cu-
ravit fieri ornamenta insignia de argento, candelabra sci-
licet magna; pondere & pretio non exiguo, ostentoriū,
Lamina de argento deaurata, vulgo Tace, Apparatus ma-
gno sumptu, & rara arte, ac industriâ conneclos, pro de-
coro Ecclesiæ.

Devotionem, sive Novennam B. M V. ad ejusdem
Altare, per dies novem, ante Nativitatē Domini nostri
JESU Christi, per Illustrissimam Dominam Annam Con-
stantiam de Charlez Silnicka, Castellanam Camenecensem,
singularissimam Benefactricem Conventus Luceorienſis,

magno, & notabili sumptu, relicta Capitali summa pro perpetua conservatione hujus devotionis, in bonis mundis fundari curavit.

Idem Pater secundo regimine, Annô Domini 1700. præviâ Generali Commissione, per Commissarios Delegates, ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino, Michaële Prazmowski, Episcopo Luceorienſi, & Brestensi, per aliquot annos agitatâ, & ſeliciter peractâ, Decretū approbationis Miraculorum B M V. in Ecclesia noſtra Luceorienſi ſitæ, procuravit, ediditq; in folio Librum, cui Titulus, *Sparta Polka*, stylō Oratoriō ſat eleganti de hac Thaumaturga Virginie Gloriosissima, ad præſens coronata per SS. Dominum, nunc nobis feliciter regnantem, Benedictum XIV. Summum Pontificem. Annô Domini 1749. die 8. Septembris, clarus itaq; virtutibus, & exemplo vita ſuę Regularis, piissimè Luceorienſe obiit.

V. Pater Præsentatus LUDOVICUS KOZDROAS, ^{Numero} 5310. rexit Conventum Luceorienſem, ſlaviflorme trina vice, cum omni obſervantia Religiosa. Fuit multum aſtimat⁹ ab omnibus, tam Religiosis, quam Sæcularibus, in eodem officio Priorali mortuus est.

V. Pater SERAPHINUS SADKOWSKI, S Th: Le. ^{Numero} 5410. Ctor, finitis laboribus Scholasticis, in ſtudio formali Luceorienſi, fuit ſuccesſivè Magiſter Novitiōrum, ad annos triginta in eadem Conventu. Per hoc ſpatium temporis, multum fructum attulit Religioni Sacrae, in edocenda No

vitios, in omni perfectione religiosa, Scientia, & Doctrina.

Eodem tempore, omni zelo, & devotione, promovit Rosarium B. M V, annis duodecim, Prior Luceorien-sis factus, hunc Conventum rexit, cum omni savitate, & sollicitudine, omnibus acceptatissimus. Deinde Prior El bigensis, & Socius Provincialis Poloniæ, exinde electus Prior Posnaniensis, ac confirmatus, præ humilitate non acceptavit, ac demum Vlodimirensi Conventui destinatus, totum suum triennium, ita peregit, ut usque modo laudabile regimen ejus, in observantia religiosa persistat. Redux ad nativum suum Conventum fractus laboribus, DEO commendans animam suam, piissime obiit Luceorii.

**Numero
ssimo** V. Pater HYPPOLITUS HULEWICZ, magnam substantiam suam Paternam, & Maternam, suo nativo Conventui Luceoriensti contulit, & in perpetuum Villas Pułhanow, Wierzbiacow, & Korszewiec, ejdem Conventui adscripsit, ac Ecclesiam S. Demetrij Luceoria murata, perpetuis temporibus incorporavit.

**Numero
sejori** V. Pater JOSEPHUS, STEPHANUS, HYACIN-THUS Swatopełk CZERTWERTYNSKI, olim Dux in Zywoł Kniazia Krynicæ, Vexillifer Vołyniæ, postposita Sæculari pompâ, & magna divitiarum fortunâ, factaque separatione Thori in facie Ecclesiarum, cum sua charissima Consorte, Regina, Joanna de Wysockie Kaszewska, Castellana Vendensi, cum qua, procreaverat Filios tres, & Filias quinque. Tandem ob solum amorem DEI, animæque suæ

suæ salutem, S. Religionem nostram Luceoriarum ingressus, piè, ac modestè, & humiliter vivens, factus Presbyter, in gravem infirmitatem incidit, in qua, considerans se citò moriturum SS SACRAMENTIS devotè suscepis, cum omni dispositione animæ suæ, obiit Annô Domini 1684, & in suo nativo Conventu Luccoriensi, cum Fratribus sepultus est.

Huic nativo Conventui, ante ingressum Religionis, multa Beneficia fecit, & summam viginti quinque millium florenorum Polonicalium, in bonis Worenki, Lipie, Pieczonki, & Lubie, in Actis Castrensis Luceoriensibus, inscripsit.

V. Pater THOMAS HULEWICZ, multis ornatus Numero 57^{mo}. virtutibus, maximo zelo claruit honoris Mariani, in prædicando, & promovendo SS Rosario per multos annos, ad Thaumaturgam Imaginem Luccoriensem. Tandem pijissime obdormivit in Domino.

V. Pater S Th: Lector RAYMUNDUS BOGUSZEWSKI, Vir magnæ probitatis, scientiæ, & mansuetudinis, boni communis zelosissimus Custos, Prior Conventum, Roxicensis, Jałowicensis, quem à fundamentis muratum de latere fieri curavit. Numero 58^{mo}.

Ad alios plures Conventus majores postulatus, pro Regimine: svadente humilitate recusavit.

Tandem ex obedientia, suscepit Prioratum Vlodimierensem, ubi brevi tempore fractus laboribus felici fine

quievit. Pro memoriali, nativo suo Conventui Luceorū
ensi, pro conservatione Capellæ Musicos de licentia suorū
Superiorum, aliquot millia florenorum Poloniae sui Pa-
trimonij reliquit.

Numerus V. Pater Præsentatus URBANUS MOCZYDŁO-
1740. WSKI, Concionator Praeclarus, in varijs Cōventibus Pro-
vinciæ, etiam Varsaviensi, Lublinensi, Præmysiensi, de-
inde Insignis Collegiatæ Loviciensis, Celsissimi Primatis
Regni Concionator. Ibidem Prior Loviciensis, ultimò Lu-
ceciensis; in quo cursum vitæ suæ feliciter terminavit.
Annô Domini 1748.

Numerus V. Pater RÖXOLANUS, ex Infideli Jûdæo factus
com. Christianus, Togam Dominicanam suscepit, factusq; Magi-
ster, scripsit Librum de Genealogia Christi Domini, sum-
mam D. Thomæ Aquinatis compilavit. Insuper super qua-
tuor Evangelia, expositiones fecit, sub Titulo Monotella-
ron, mortuus est in Cōventu Samboriensi, Annô Dñi 1512

Numerus V. Frater ALEXIUS Conversus, hic in sæculo artis
1520. sutoriæ petitissimus Fratribus amantissimè inserviebat: à
susceptione habitus usq; ad mortem carnis, nunquam
usus, solis leguminibus, & hoc in parcitate, contentus.
Asperritam vitam dicens; in mortificationibus sui cor-
poris, disciplinis de nocte coram Crucifixo, in ambitu in-
teriori Conventus. Silentij vigilansissimus fuit, ita ut à
cunctis, censetur mutus, diem, & horam mortis suæ
prædicens, mortuus est in Promnik, Prædiolo Conventus
Cracoviensi: Annô Domini 1524.

V. Pater ERASMUS KONIUSZEWSKI Magister, <sup>Numerus
62 ad e</sup>
felicissimus in Regimine Conventuum, bonum cōmune
augens, & conservans, plura bona fecit Conventui Craco-
viensi, sua aetivitate, & dexteritate in officijs, & ador-
natione Sacrificiæ, & per spatium sui Officij Prioralis, in
Conventu Cracoviensi plurimum annorum, ad ducentos Ju-
venes egregiæ indolis investivit, qui postea in Viros pro-
bos, cum decore Religioni, & Provinciæ evaserunt. Tan-
dem in sua senectute, placidissimè in Domino obdormi-
vit Cracoviæ, Annô Domini 1527.

V. Pater BERNARDUS PRAXILLI, prius Canoni- <sup>Numerus
63 ad e</sup>
cus Regularis, ad ædes SS. Corporis Christi, demùm de
consensu Superiorum, & S. Sedis Apostolicæ, in Conven-
tu SS. Trinitat's, habitum Nostri Ordinis suscepit, in quo
singul'aris, sanctitatis, humilitatisq; & severissimæ Poenit-
tentiaæ, corpus suum jejunijs, cilicijs, flagellationibus, &
omni austeriorum genere, macerabat.

Lectulus ejus afferes, lapis cervical, spiritibus ini-
mundis horribilis, quos ab obsessis expellebat, & ob id,
multa mala abijs perpessus, plusquam ad centum infide-
les convertit, scripsit tres Libros contra Arianos, subTi-
tulo Monomachia De Primatu Summi Pontificis, de Pro-
cessione Spiritus S. à Filio, contra Schismaticos Roxolanos
Librum unum. Alienationem Arianorum à Christiani-
smo, modum militiae Christianæ, versu Latino, & Poloni-
co, fractus laboribus, in senectute sua moritur Cracoviæ,

Annô Domini 1530. De hoc Patre Acta Capituli Genera-
lis, Valentiae celebrati testantur.

Numero 641o- V. Pater TIMOTHEUS MAKOLNICKI, Nobili-
bus Parentibus natus, propè oppidum Dambrowica, factus
Religiosus Ordinis Nostrî, in Theologicis, & S. Scripturæ
textibus, versatissimus, & exercitatus fuit. Lingvam He-
braicam didicit, & cum licentia, & benedictione Urbani
VIII. Summi Pontificis, Judæis Sanctum Evangelium præ-
dicans, novum Testamentum illis explicans, multos ad
amplectendam Fidem Catholicam convertit.

Post modum peragravit Tartariam, cum Fratre Ale-
xio Converso, de quo supra innui veniens ad Civitatem
Cassa, seu Theodosiam, igne SS. Spiritus reaccensus, plu-
rimos convertit, in carceribus detentos Catholicos, in Fi-
de confortabat.

Multum adamarunt eum Pagani, ac Gentiles, ita ut
in nihilo, sui muneric, officio eidem adversarentur, qui-
nomo, & Processionem SS. Rosarij, Dominica prima Octo-
bris, una cum Catholicis, à se conversis, per circulum Ci-
vitatis, cum Imagine SS Virginis concesserunt, absq; ul-
lo tumultu, & irrisione: ex quo magis ac magis, etiam
ipsi Pagani, ædificabantur. Mortuus est ibidem Cassa, seu
Theodosia, sub tempus recitationis in Ecclesia SS. Rosa-
rij, ad illa verba, salutationis Angelicæ, nunc, & in ho-
ra mortis nostræ Amen. Annô Domini 1537.

Numero 651o.

V. Pater RAYMUNDUS CHARZEWSKI, Magi-
ster,

gister, in Alma Universitate Cracoviensi Professor, ab Ur-
bano VIII. Summo Pontifice, missus ad prædicandum E-
vangelium Tartaris, plusquam ad quingentos Paganos, cir-
ca Civitatem Castam, sive Theodosiam, baptizavit, & con-
vertit, de quo audiens Urbanus VIII, ipsum Episcopum
Theodosiensem renunciavit, ubi fractus laboribus, sanctis
simè obdormivit in Domino, Annō Domini 1550. in Ec-
clesia SS. Apostolorum Petri & Pauli. Cromer quædam
epistola renunciata de obitu ejus.

V. Frater MICHAEL Conversus, abjurata Secta Lu
therana in Arce Cracoviensi, in manibus Illustrissimi, Re-
verendissimi Episcopi Cracoviensis, Ordinem nostrum,
in Conventu Cracoviensi ingressus, tantum fuit omnibus,
humilitatis exemplum, ut nedum suorum Superiorum, sed
& sibi aequalium nutus, prompta demissione exequeretur,
& proprium judicium exuisse, omnino videretur.

Contemplationis, & lachrymarum donis insignitus,
magnam diei noctisq; partem, ante SSmi Corporis Chri-
sti Altare, lachrymis perfusus, orando transigebat.

Dono Prophetiae non caruit, nam rebellionem Cola-
torum, & bellum Svecicum in Polonia, prædictit hiis verbis,
Timeo valde, rē equi paganorum in Ecclesijs nostris cō-
sistant: nam DĒUS tunc maximè irascitur, dum ad luxq;
& insolentias, insolitas, populi convertuntur, absq; ullo,
timore DEI.

Et verum fuit ejus præsigium, nam Gustavus Rex
Sve-

Svęciæ, ingressus, & aggressus Poloniæ, multa mala, & damna Ecclesijs, violentias, & Monasterijs attulit. Silesiam, Moraviā, depopulabatur, volens ensem suum (taliis fuit proterviæ) etiam in Ecclesia Vaticana it:figere, quem DEUS vindex, punivit, dum cum spolijs revertetur ad suum hædeditarium Regnum, in mari demersus. De hoc scribunt Historici Poloni.

Expers Literarum septem Libros, prudentissimè conscripsit, multorum Fratrum nostrorum defunctorum animas, purgatorijs poenas luentes, videbit, petentes per suas orationes, sui eliberationem, & plurimum cùm magno Jūbilo, è flammis purgatorijs exeuntes, videntur. Moritur in senectute sua Lublini, 1460. Acta Capituli Provincialis, Lublini celebrata attestantur.

Numerus 67.^{no.} V. Pater Magister LUCAS PLESZOVIUS, Convētus Posnaniensis, Vir maximæ activitatis, & dexteritatis: plura bona præstitit suo nativo Conventui, summas capitales pecuniarias, ex censu annuo pro fundationibus procuravit. Fuit Prior in varijs Provinciæ Cōventibus proficuus: trina verò vice, in suo nativo Conventu, moritur ibidem, collacrymantibus Fratribus, Annō Dñi 1569

Numerus 68.^{ro} V. Pater PAULUS SARBINIUS Magister, primò Inquisitor Hæreticæ pravitatis, animi virtute, scientiæ acumine, dicendi facundâ, præstantissimus, in Capitulo Sandomiriensi electus, ac confirmatus Provincialis Poloniz, optimè rexit Provinciam, in unitate, pace, & charitate

estate totius Provinciæ. Tandem seniô cōfectus, moritur Sandorniria, ad S. Jacobū Apostolū, Anno Domini 1559.

V. Pater Magister CYPRIANUS Polonus, à sacris Confessionibus, Sigismundi Augusti Regis Poloniarum, de numerum Provincialis Poloniæ, dum pro restauratione Religionis, apud Gedanenses Hæreticos, laborat; ab ijsdeir Hæreticis Civibus, venenô extinclus, ibidem quievit Annô Domini 1593, eidem successit in officio, nec semel, sed & iterum Pater Magister Melchior Moscicensis.

V. Pater Magister ALBERTUS SECOVIUS, in Capitulo Plocensi electus Provincialis Poloniæ, propter divisionem Provinciæ Russiae Conventuum; quæ nè fieret, plurimas sustinuit molestias, multosq; labores sustulit, in Capitulo Generali Neapolitano, Anno Domini 1600, ejus electionis scrutinio irritatō, nihilominus Authoritate, Summi Pontificis Clementis VIII. per Literas ejusdem, sub Annulo Piscatoris datas, ex vi electionis ejusdem, Plociæ factæ; super omnia, totius Regni Poloniæ, & Ducatum Silesiæ Monasteria Provincialis confirmatus, felicissimis accessionibus Conventuum, & reformatione vitæ Regularis administrabat Provinciam. Moritur Annô Dni 1602.

V. Pater MICHAEL Mosticensis, qui ut erat Vir Integerrimus, ita fuit Disputator subtilissimus, snavitas dictionis, præterea, tanta fuit in eo: qaq; morum compositione, ut Auditorum mentes, inescaret facillimè, & vehementia certè talis ut vinceret facilius. Obiit Posnaniæ,

Prioris officio fungens, Annō Domini 1609.

Numero V. Pater CAMILLUS, Magister Conventus Cracoviensis, in Poloniæ, ac Italiæ Academijs Literis edocitus, ac Professor egregius, hunc invida morte p̄cipuit Philosophis alterum Aristotelem, Theologis novum Cajetanum, Religioni, & Provinciæ decus, Conventui Posnaniensi optimum Patiem, Cracoviensi Monasterio, & Studio delicium, trigesimum excedens annum, moritur Posnaniæ, Annō Domini 1610.

Numero V. Pater ABRAHAM BZOVIUS, Conventus Cracoviensis, hic scripsit Annales Ecclesiasticos, post Baronium duodecim Tomos in folio, Florida Mariana, flores aureos, Thesaurum Laudum Gloriosissimæ Virginis, sermones quadragesimales, sermones de tempore, & Sanctis, super Salve Regina, & propaginem D. Hyacinthi. Romæ fecit fundationem pro Filijs Conventus Cracoviensis, ad Studium Minerianum mittendis. Moritur Romæ, Annō Domini 1637.

Numero V. Pater Magister PAULUS RUSZELL, Conventus Lublinensis, Insignis Theologus, & scriptor famosus, in honorem D. Hyacinthi, & Provinciæ Nostræ Poloniæ. Per annos triginta, nunquam usus carnibus, Vigilias sacras: ferias secundas, ferias quartas, & sextas, solo pane, & aquâ contentus persolvebat.

Habuit in camera sua Imaginem B. M. V, corā qua; solitus orabat, multas gratias pro se, ac alijs, precibus suis ad

75

ad Deiparam Virginem, obtinebat, quæ poste à Imágō post obitum ejus, in ambitu inferiori Conventus Lublinensis posita, & locata, Patrocinium suum, in gravissimis necessitatibus, postulantibus imperititur. Sepultus in Capitulo Lublinensi, Annō Domini 1658.

V. Pater MARTINUS SKĘMPSKI, Conventus Po-
snaniensis, ob Insignes suas qualitates, quibus pollebat, innatam penè prudentiam, in dandis sanis consilijs proptus, ab Urbano VIII. Summo Pontifice, primo Caffen-sis, seu Tauriæ Episcopus, postea Kijoviensis factus, multum se opposuit Schismaticis, à quibus varijs contumelijis, ac dishonestationibus affectus, pro zelo, primatu Ecclesie Romanæ, nec non unione cum eadem, plurimum laborans, & pro expellendis hæreticis è Regno Poloniae decertans, moritur ibidem, Annō Domini 1664.
Annotat: Conv: Posnaniensis.

V. Pater HYACINTHUS WŁOSINOWSKI, Vir maturus, ingressus Religionem in Conventu Posnaniensi, inscripsit eidem Conventui, ex censu annuo decem millia florenorum Polonicalium, in Bonis Kámionká, pro sustentatione Fratrum nostrorum: aliquot supervivens annis, factus Sacerdos, fuit maximè devotus S. Hyacintho suo Tutelari, omnibus acceptatissimus, plenusq; alijs pietatis operibus, piissimè obdormivit in Domino Posnaniæ, Annō Domini 1625.

V. Pater THADÆUS SLEWICZ, Vir acutissimus, K2 & 7700.

& perspicacis ingenij, bina vice Regens Studij Generalis Cracoviensis, plurimos ex suis Discipulis, toti Provincie providit dignissimos Lectores, & Professores. Fuit amantisssimus, & misericors erga Fratres Studentes juniores, necessaria eisdem providendo, eisdem animans ad studia, ut se sedulò applicarent, dicens ad illos, studente, DEUM orate, & eritis Magistri in vestra senectute, moritur Posnaniæ 1653. anno.

Numerus 28v. V. Pater HYACINTHUS BRAULIS, eximiūs Prædicator Generalis, Vir devotissimus B. M. V. & S. Hyacintho suo Tutelari. Concionabatur Apostolicè, & cum magno fructu audientium, Promotor SSmi Rosarij, accuratisssimus, ac pro decore Capellæ Rosarianæ, plura procurauit, & sua activitate auxit. Flexis semper genibus ante depictam Imaginem Sacrae Familiae JESU, hanc orationē versibus expressam, ignemiscentis persolvebat.

*Obsecro, Sacra Domus, nostræ, spes, certa salutis;
Sis mihi in extrema, Duxq; Comesq; via.*

Moritur pientissime Posnaniæ, Annō Domini 1674.

Numerus 29v. V. Pater Magister DOMINICUS KOCHŁOWSKI, Conventus Posnaniensis, ita insignis floruit Concionator, ut illo tempore, in Gente Polona, similis illi vix inventetur. Fuit enim Vir planè Apostolicus, animarem salutis sicutientissimus, divina amore æstuans, & de DEO, æternisq; rebus verba identidem faciens, audientium corda, prorsus rapiebat, peccatorib; plurimis, à perditionis via, revocatis.

Pro-

Prömotor SSmi Rosarij, fuit zelosissimus, quotidè explicans Mysteria ejus, movens, & alliciens cunctos ad hancce Devotionem B. M. V. gratissimam. Plurima Volmina suarum Concionum, & explicationem Mysteriorum SS Rosarij conscripsit. Sicq; tantis laboribus fractus, febri maligna correptus, SS. SACRAMENTIS religiosè, ac devotè suscep̄tis, adstantes Fratres, verbis ferventissimis allocutus, spiritū suū Deo B. M. V, & SS. Patri Dominico commendans, Apostolicæ vitæ cursum feliciter consummavit, in suo nativo Conventu Posnaniensi, Annō Domini 1683.

V. Pater Magister ANTONIUS MDZEWSKI, Con ^{Numerº} ventus Plocensis, Vir magnæ scientiæ, & eruditionis, hic ^{seu}, obstinatissimum in errore Atheistam Lysczynski, publicè cum illo disputans, in præsentia Serenissimi Joannis III. Procerum q; Regni, ita devicit, ut se ipsum disjudicaverit esse comburendum, quod & factum. In præmium hujus ad instantiā ejusdem Serenissimi Regis AlxandroVIII Summo Pontifice annuente, ad Episcopatum Calamocensem, & in Suffraganeum Cœlnensem renuntiatus fecit, Annō Domini 1696.

Hac dignitate ornatus, non Religionis humilem Togam deposituit, nihil unquam de rigore vivendi religiosè remisit. Eadem enim vigiliæ, & orationes diebus, noctibusq; solitæ: mentis humilitas, corporis castimonia, cordis sanctimonia, pectoris candor. totiusq; hominis, ada-

mūssim humilis Religiosi forma. Tandem senectute cōfēctus, sicut sanctissimè vixerat, ita & piissimè moritur, sepultus in Ecclēsia Metropolitana Gnesnēsi, Annō Domini 1718.

^{Numero}
^{81o.} V. Pater Magister THOMAS SCHULTZ, Conven-
tus Gedanensis, acutissimi Ingenij, & doctrinæ profun-
dissimæ fuit. Post summam Theologicam Doctoris Ange-
lici, in compendium contractam, proprio ære Bibliothecam
Conventus sui Gedanensis auxit Libris selectissimis,
Theologicis, Moralibus, Concionatorijs, in varijs mate-
rijs Dogmaticis, in promptu habendis locupletavit.

Fuit Instituti Nostri servatissimus, solis leguminibus
usu. In gravissinis, pestis, & belli calamitatibus, incō-
cussa Conventus Gedanensis columna, moribus, pietate,
& charitate erga Fratres, cunctis conspicuus Tandem la-
boribus, & senectute confectus, vitam suam religiosissi-
mè finivit, Annō Domini 1696.

^{Numero}
^{82o.} V. Pater Magister STEPHANUS WOZNICKI, Cō-
ventus Posnaniensis, extitit ex majori parte, reparator e-
iusdem sui nativi Conventus, dexteritate, & activitate.
Pater multorum Filiorum amantissimus nominabatur. Va-
rijs Conventibus Provinciæ præfuit, non sine emolumen-
to boni communis, & Regularis Observatiæ. Moritur Po-
snaniæ, Annō Domini 1698.

^{Numero}
^{83o.} V. Pater Magister FRANCISCUS GZARNKOVI-
US, Pater Amantissimus Conventus Posnaniæ, cui mul-
ta

ta bona fecit. Nam longè majorem partem Conventūs, à fundamento erexit, Refectoria duo, & Officinas comptissimas aux:it. Apparamenta Ecclesiae pretiosiora comparavit, quibus usq; modo utuntur Fratres Nostri, & candelabra argentea. Provincialis Poloniæ factus, ita candem regebat, ut rigorosa religiosa observantia, sedulò viget, honumq; commune augeretur, & charitas Fraterna conservaretur. Moritur Posuaniæ, Annō Domini 1698.

V. Pater GOTTARDUS GRANICFORDIUS Præ-^{Numero}
dicator Generalis, ad S. Ursulam Gedani famosissimus Cō-^{841d.}
cionator, idiomate Germanico, virtus hominum intrepidè
objurgavit, & mellita ignitaq; Cœlestis Patriæ desideria,
rebus contemptis transitorijs, mellifluo ore instillabat,
multi proinde acatholici, ejurata Hæresi, veram Fidem
Catholicam amplexi sunt.

Orationi mirificè vacabat, maximè autem Officio Dè
fuctorum, quod ille bis in die recitatere consueverat, se-
mel pro Fratribus, & ijs, qui in Domino obierunt, ite-
rum pro se tanquam mortuus, mortem enim semper in-
corpore, & in animo assiduè circumferebat. Moritur Ge-
dani, Annō Domini 1697.

V. Pater Magister ANDREAS RADA WICKI, Pater ^{Numero}
Provinciæ meritissimus, erat hic Pater pietate doctrinâ, ^{151d.}
gratia concionandi, prudentiâ, zelo pietatis, zelo pacis,
in rebus agendis dexteritate, mirum in modum conspicu-
us. Quamobrem, & apud Potentissimos Reges Poloniæ,
&

& apud alios Magnates, summo in honore, habitus est.
Erga autem Filios Provinciæ meritissimus extitit, usq; ad
mortem, quam lætus aspexit Cracoviæ, Annô Domini
1634 9 Februarij.

Numero 30^o V. Pater Magister DIONYSIUS MOSINSKI, ejus fa-
cundia in Concionibus ad populum nectar, & ambrosia-
dici potuit: reversum ex Hispaniarum studio, viginti se-
ptem annos natum, Civitas, populusq; Cracoviensis suum
Ecclesiastem unanimiter elegit: at post triennium mæla
Civitas, Sacræ Regiæ Majestati eum rursus transmisit,
mandato Regis, stricte sibi imposito. Ubi Rex, Regiaque
tota Domus ex ore ipsius per octo, vel novem fere annos
pendebat Invida Lachesis falce subripuit vitam Cracoviæ,
Annô Domini 1642. 22. Maii.

Numero 37^o V. Pater Magister ALBERTUS BARTOCHOWSKI
Conventus Posnaniensis, ab ingressu Religionis Sacræ, i-
vit semper de Templo virtutis, ad Templum honoris ex-
pletis enim Scholasticis laboribus, plurium Conventuum
Provinciæ Prior amantissimus extitit, demum Provincia-
lis Poloniæ, suis numeris exactissimus. Ex Prioratu Po-
snaniensi nominatus Suffraganeus Posnaniensis, summam
auctam fortunæ suæ nativo Conventui inscripsit, ac dona-
vit. Tandem morte præventus, animam Deo Creatori suo
in manus tradidit. Sepultus Posnaniæ apud Fratres suos,
Annô Domini 1643.

Numero 38^o V. Pater Magister CYPRIANUS STEFANOWSKI,
Cō.

Conventus Plocensis, Vir magnæ eruditioñis, & pruden-
tia, suâ curâ, ac dexteritate, nativum suum Conventum,
quasi à fundamentis crexit, murô cinctum, officinas ampli-
avit, & multis apparamentis Ecclesiasticis condecoravit,
atq; notabilibus picturis insignivit. Obiit Plociæ, Annô
Dominii 1646.

V. Pater Magister FABIANUS BIRKOWSKI, Vir ^{Numero}
doctissimus, Græcarum Literarum peritissimus, Regum ^{89nd.}
Concionator eximius, hic plurimos Tomos suarum Con-
cionum, in lucem publicâ produxit. Prælucebat cunctis
verbo, & exemplo, cuius sanctitatem vita, fervorem spi-
ritus in prædicando, & orando, V. P. Adam Makowski
Soc: J E S U, in sua funebrali Concione edixit. Ante sui
obitum recitando Hymnum *Ave Maris Stella*, septuage-
narius, obdormivit in Domino Cracoviæ, Annô Domini 1638.

V. Pater Magister HYACINTHUS MIAKOWSKI, ^{Numero}
bis Prior Cracoviensis, plures luci publicæ edidit Panegi- ^{90md.}
rycas Conciones. Vox ejus fuit dulcis, & decora apud
Reges, Regni Senatores, & Prælatos supremos, virtutibꝫ
ornatissimus, omnibus SS. Sacramentis devotissimè susce-
ptis, vitâ suam terminavit Cracoviæ, Annô Domini 1638.

V. Pater Magister JOANNES WAXMAN, Conven- ^{Numero}
tus Cracoviensis bis Prior laudatissimus, observantiae Re- ^{91md.}
ligiosæ zelosissimus, ex studijs exoticis rediens, attulit
secum Imaginem SS. Patris Nostri Dominici de Suriano,
depictam, hanc in Capella ex marmore nigro erecta, &

fabricata, sumptu Illustrissimi, & Reverendissimi Domini, Petri Myszkowski, Episcopi Cracoviensis locavit, h. Imago statim caput multis clarescere miraculis. Nam V. P. Alanus Chodowski, quondam Prior Cracoviensis, demum Provincialis Poloniae, visitando hunc Conventum, gravi infirmitate pressus, tredine videlicet in viscere suis, derelictus à Medicis, opem SS. Patriarchæ exposce, mirabiliter sanatus est, in hacce Capella, & pristinæ sanitati restitutus. In hujus beneficij obtenti gratitudinem lampadem magnam argenteam pendentem, in vim voti perpetui obtulit, consecravitque. Tandem senio, & laboribus confectus P. Joannes Waxman, moritur Cracoviæ, Annô Domini 1642.

Numerus V. Pater Magister DOMINICUS MALACHOWSKI
92^{do}. Conventus Cracoviensis, magnarum qualitatum Vir, per dentia, & dexteritatis. Factus Suffraganeus Cracoviensis, senio confectus moritur Cracoviæ, sepultusque manet inter Fratres nostros. Cujus tumulum, post annos circiter octuaginta visitatum, ejus corpus incorruptum inventum est; penes Altare majus, cum integro cilicio, & vestibus inconsumentis, in quibus deponebatur ad sepulchrum. Annô Domini 1644.

Numerus V. Pater Magister HYACINTHUS SUSKI, Convexus Cracoviensis, Vir eruditissimus. Edidit Librum de SS. Eucharistia SACRAMENTO, contra Calvinum, sermones annuales de tempore, & de Sanctis, in lingua Polonica,

& Latina: dūm fungebatur officio Concionatoris.

Is idem compilavit Libros Latinos, quibus Titulus, Philadelphia, sive eretio Confraternitatis, quatuor Ordinum Mendicantium, in Concilio Basiliensi instituta, & per Reverendissimos earundem Religionum Generales, in Regno Poloniæ confirmata, nec non ab Admodum Reverendis Patribus Provincialibus, per eorum Commissarios, in Conventu Cracoviensi, Ordinis S. Francisci Patrii Minorum Conventionalium suscepta.

In hocce Libro, describuntur omnia Privilegia, à S. Sede Apostolica concessa, conscripta Annō Domini 1435, die 2 Aprilis, & manibus Provincialium, omnium Ordinum Mendicantium efformata. Moritur plenus virtutibus Cracoviæ Annō Domini 1648.

V. Pater Magister GABRIEL ZAWIESZKO, Leo. ^{Numerus} 94rd, polita, Concionator famosissimus, Institutum Ordinis ad amissim observabat Carnibus toto vitæ suæ cursu nunquam usus. Proximus morti, curavit sibi legi Passionem Domini Nostri JESU Christi, & habitu Religionis assumpto, ad osculum Crucifixi, animam suam reddidit. Ecce cùm fuerit Vir contemplatus, Cōciones Asceticas, prælo impressit, ac super Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem, Librum edidit. Moritur in Conventu Samboriensi, Annō Domni 1649.

V. Pater Magister CAMILLUS JASINSKI, Convē. ^{Numerus} 95th, Cracoviensis, Religiosi Instituti observantissimus. E-

dedit Summarium omnium Capitulorum Generalium, & Constitutionum nostrarum, sicut & Directorium Electionorum Superiorum Ordinis, plurimum necessarium Conventibus Provinciae. Plenus virtutibus, & charitate erga Fratres, pijissime in Domino obdormivit Cracoviæ. Annō Domini 1651.

Numerus 96to. V. Pater Magister SAMUEL de Lublino, Vir magna eruditionis, & ingenii acutissimi. Scripsit, & Tomo impressit, Librum in quatuor Tomis, Philosophicarum Dilectionum, & Casuum Conscientiae per Alphabetum Copenhium, Ferrariensis contra Gentiles. Plenus meritis, ac virtutibus, obdormivit in Domino Lublini. Annō Domini 1681.

Numerus 97mo. V. Pater Magister JUSTINUS MIECHOWITA, Vir pijissimus, & devotissimus B. M. V. Scripsit super Litaneias Lauretanas magnum Volumen, in quo, multos enumera Viros doctissimos, sanctitate vita conspicuos Ordini Nostri, sub Titulo: *Virgo veneranda*. Librum Rosarianum composuit, sub Titulo *Rosa Mystica*. Plenus meritis, labbris, ac virtutibus, obdormivit pijissime Cracoviæ. Annō Domini 1689.

Numerus 98vo. V. Pater Magister ALBERTUS MARGONIUS, Coventus Posnaniensis, scripsit Librum Rosarianum, cum explicationibus Mysteriorum, valde utilem, & Promotoribus SS. Rosarii, vel necessarium, sub Titulo *Rosa Salvifica*, in amoenissimo SS. Rosarij B. M. V. horto plantata, & insuper totam Philosophiam, versu Ovidiano con-

de;

decoravit, Urbanoꝝ VIII. Summo Pontifici dedicavit.
Moritur Posnaniæ, Annô Domini 1689.

V. Pater Præsentatus IGNATIUS KOWNACKI, Cō^{Numero}
ventus Luceorienſis, ibidem aliquoties Prior meritissim⁹, ^{59nd.}
edidit in folio Librum, cui Titulus: *Sparsa Polonia. Stylo*
Oratorio, & sat eleganti, de Imagine Thaumaturgæ Vir-
ginis, in Ecclesia Noſtra Conventus Luceorienſis persisten-
te; Anno verò Domini 1749, die 8. Septembris, Coronatæ
à felicissimè regnante Benedicto XIV. Summo Pontifice.
Ibidem Luceorix̄ piissimè obiit, clarus viitutibus, & e-
xemplo vitæ suæ regularis, Annô Domini 1679.

V. Pater Magister WIERZBOWICZ, re & Nomi. ^{Numero}
ne Angelus, Asceticæ enim vitæ fuit observatissimus Cu
stos, & in proiectam ætatem, ablinentia mortificationis,
solitudinis præclarissimum exemplar. Supellectilem
argenteam, ex Personali deposito plurimum auxit. Sugge-
stum Concionatorium ex arbore nucis, proprijs sumptibus
extruxit, & deauravit.

Præter compendium Philosophico Thomisticum, mul-
torum Librorum Prædicatorum compilator, & Editor fu-
it, atq; Confraternitatis Dolorum JESU, & R. M V, in
Ecclesiam Gedanensem, Author, & Introduc̄tor. Tandem
senio confessus, & laboribus quasi continuis, placidissi-
me in Domino obdormivit, in suo nativo Conventu Ge-
danensi.

V. Pater Magister VENCESLAUS JESKI, Conven- ^{Numero}
L3 ^{101md.}

tus Gedanensis, ingenii acutissimi, & Eruditionis selectissimæ, Discipulos suos participes illius effecit, per quindecim annos in Scholasticis, & Ecclesiasticis laboribus, cunctis perspicuus fuit, ac ab omnibus acceptatissimus. Senectus tandem consecutus, plenus meritis obdormivit in Domino, in suo nativo Conventu Gedanensi.

Numerus
202d.

V. Pater Magister HIACYNTHUS GRUSZEWICZ post expletos Scholasticos labores, septem vicibus Priorum Gedanensem, prudètissimâ administravit œconomia, & charitate verè Paterna, Religiosos in observantia Regulari, fovit, & auxit Bina vice onus Provinciæ indecessè supportavit. Capellam S. Hiacynthi sui Tutelaris, in suo Conventu Gedanensi, à fundamentis extruxit, & exornavit. Ipsam verò Ecclesiam, novis majoribus Organis extrectis, & deauratis condecoravit. Fabricam Conventus in moderna forma spectabilem, post obsidionem Saxonico: Moscoviticam, in qua, tribus supra triginta bombis in ruinam redactus fuit, Anno 1735. die 5. Maji. Sacerdotij sui quinquaginta quinq; annorum religiosissimè electorum, octuagenarius, die sacro Parasceves piè mouitur Gedani.

Numerus
203d.

V. Pater Magister JOANNES Evangelista GAWŁO WICZ, sui ævi gravissimus Theologus, & Concionator Insignis, de quo plurimæ Panegyres testantur, ejus ingenium. Miram verò dexteritatem in Jure Canonico demonstravit, dum pro Juribus Parochialibus, penes Ecclesiam

Nostram conservandis, in Curia Romana dēcertavit. De-
cretum retulit, nullo strepitu Juris ab hinc violandum.
*Eximia ejus Juris Prudentia, Prænobili Magistratui Ge-
danensi fuit æstimabilis, ac semper acceptabilis, fractus
laboribus, vitæ suæ cursum felicissimè terminavit, in na-
tivo suo Conventu Gedani.*

V. Pater Magister HYACINTHUS KUNINSKI, Cō.^{Numerus}
ventus Posnaniensis, post Scholasticos labores, fuit bina^{1651d.}
vice Prior Posnaniensis, demum totidem Siradiensis, cum
magnis emolumento horum Conventuum, ex sua pruden-
tissima oeconomia, & observantia Religiosa. Confessari-
us, Vicariusq; Monialium Sororum Nostrarum secundi Ha-
bitūs, per annos duodecim, illas ad observantiam religi-
osam, humilitatem, & obedientiā suis Superioribus strin-
xit, & obligavit, quem postea uti Patrem suum venera-
bantur.

Fuit plenus charitate erga Fratres, illis subministran-
do, & vel maximè junioribus, habitūs Religiosos, cæte-
raq; necessaria, quantum potuit, providendo. De media
noëte, dum absolvebatur divinum officium, cum Fratri-
bus suis semper interfuit, nisi quandoq; infirmitate pres-
sus. Tandem grassante peste Posnaniæ plenus dierum, &
meritorum piissimè obiit, sepultusq; in eodem Conven-
tu Posnaniensi.

V. Pater Magister HYACINTHUS JAROCKI, Cō.^{Numerus}
ventus Posnaniensis, Theologus, & Orator eximus, bina^{1651d.}
vice

vice Prior Conventū Posnaniensis, ad triginta Fratres, sacro habitu investivit, quorum aliqui ad hæc usq; tempora supervivunt, & desudant pro decore Religionis Sacrae. Plures Summas pro censu annuo, sua activitate procuravit, & triginta sex millia florenorum Polonicalium, in deposito reliquuit. Cellam Provincialis extruxit, Apparatus Ecclesiæ auxit, & plura alia conabatur efficere, ni grassans pestilentia Posnaniæ, eundem suffocaret, sepultus Posnaniæ quiescit in Domino.

Numero 1. 1861. V. Pater Magister ALBERTUS ZUCHOWSKI, Cventus Posnaniensis, in cathedris Theologicis pluribus annis, cum fructu Discipulorum suorum laborans, fuit Prior in Conventu Torunensi, Siradiensi, ac demum Posnaniensi: Vir religiosæ observantie, & boni communis amator & auctor. Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis, per Diocesim Posnaniensem Censor Librorum, Examinator Synodalis, & Pænitentiarius ad duodecim annos, dictæ Ecclesiæ Cathedralis Prælatis gratissimus, & estimatissimus. Primæ bona Conventui præstisset, suâ modestâ pietate & activitate, ni peste grassante Posnaniæ, è medio Fram eriperetur, quibus ex charitate inserviebat: sepultus Posnaniæ requiescit.

Numero 2. 1871. V. Pater Magister BONIFACIUS WOLINSKI, Cventus Posnaniensis, post expletos labores Cracoviæ obtum sibi Magisterium, ex humilitate reculavit, & Reverendissimo Patri Magistro Generali Totius Ordinis, Ante

mo Cloche, seniculus, & devótissimus Pater, humillimas gratias egit. Fuit Prior Posnaniensis, & Plocensis, Fratribus, & Conventibus proficuus, nam ex suo deposito molendinum aquaticum, quasi jam collapsum, & in ruinam redactum, suo ære restauravit. Pariter peste sublat⁹ Posnaniæ, cum alijs meritissimis Patribus, ibidemq; sepultus quiescit

V. Pater Magister ALBERTUS SIEKIELEWICZ, ^{Numero 10888} primus post erectionem Studij Generalis Varsaviensis Regens, ac Moderator. Vir sagacissimi ingenii, & eruditissimus; Institutus à Rndſno Patre Magistro Generali Antonino Cloche, hoc terminato officio, cum applausu omnium Religionum Varsaviæ degentium, electus fuit in Priorem Posnaniensem, sub tempus incursionis Svecicæ, in qua multa perpessus à Svecis. Cùm enim Civitatem Posnaniensem, post obsidionem sat longam, recepissent, mandatū erat à Generali commendante, ut intra tres dies, redimendo Conventum, & Capita Religiosorum suorum, decem millia tynfonum exponeret: afflictissimus Pater, quid facere deberet, consulit Patres ad consilium spectantes, in deposito Conventū, vix sexcentos florenos habens, ad solvendum tributum insufficientes, in strictum arrestum accipitur ad curiam Posnaniensem, stipatus milite Svecico, miserrante Civilla Posnaniensi Domina Rythowa, licet Acatholica super pauperem Priorem, & Conventum nostrum, dat ad interim septem millia tynfonum, acce-

ptō in pignus ostensorio magno, quod postea Vratislavię divenditum. Residuam summam trium millium enumere debuit, ut ex arresto dimitteretur, & Conventus liber evaderet: ruinisq; aliquibus non subjaceret. In tantis perturbationibus constitutus, D E O, B. M. V, atq; SS. Patriarchæ Dominico se commendans, omnibus Sacramentis Ecclesiæ devotè susceptis, obiit in Domino commiserantibus omnibus Fratribus, sepultusq; est in suo nativo Conventu Posnaniensi.

Numerus 269^{ro.} V. Pater Magister FLORIANUS STRASZYNSKI, Conventus Cracoviensis, Clarissimus Doctor in Scholasticis, & Ecclesiasticis Cathedris eminens, Exprovincialis Poloniæ, & demum Lithvaniæ, Vir observantia Religiose acerrimus, beni communis observantissimus Custos, cunctis affabilis, & gratissimus. In Ecclesia Archipræbiterali B. M. V. in Circulo Cracoviensi, per annos triginta famosus acclamatus Concionator. In Conventu Cracoviensi aliquoties Prior, atq; Gidlensi: utriq; Conventui, sua affabilitate, dexteritate, & activitate, suoq; rarissimo exemplō, multa bona fecit, & procuravit, Vir amantissimus, & justissimus. Campanile cum Turri, ære contexta, & Campana magna Cracoviæ: Gidlis duas Turres amoenissimas extruxit, Sacristiam ampliavit, picturis, & appassimentis, condecoravit. Devotionem erga B. M. V. sedulously promovit, redditusq; Conventui auxit, & stabilivit, ibidemq; plenus virtutibus, moritur octogenarius atque sepelitur.

V. Pater Magister DOMINICUS FRYDRYCHO. Numerō
WICZ, Conventus Cracoviensis, expletis functionibus 110m.
Scholasticis, in hocce Studio Generali Provinciæ Nostræ, suit æstimatissimus apud omnes Concionator. A sua tenu-
ra adhuc ætate, devotissimus, & observantissimus cultor,
& ultior honoris Mariani. Scripsit in laudem ejusdem, ser-
mones, & varios conceptus, in Dominicam, & Angelicā
orationem, in symbolum Apostolorum, & alios Libros,
plurimū utiles in varijs materijs.

Incipiens suas Conciones, ad exemplū Doctoris gen-
tium, Apostoli Pauli, utebatur hoc titulo Christus JESUS,
nos prædicamus JESUM Christum, & hunc Crucifixum.

In honorem Serenissimi Regis Poloniarum Augusti II.
dedit rescriptū Theologo Varsaviensi sapientissimaru resolutionum, sub titulo: *Saxo percussit Philistæum.* Callebae.
lingvam Græcam, & Hebraicam, uti testatur ejus scri-
pta, in expositione textū S. Scripturæ, ad Polianthæam
Marianam, in octo Libros distributam.

Apud Superiores impetravit Sanctimonialibus Ordini
nis Nostri Tertiarijs, Scapularia alba portanda, quibus il-
las investivit P. M. Thomas Mdzewski, pro tunc Provin-
cialis Poloniæ, in Festo SS. P. N. Dominici in Suriano, sub
Generalatu p. m. Reverendissimi Patris Magistri Genera-
lis totius Ordinis, Patris Antonini Cloche, Annō Domini
1695, die 15. Septembris. Fuit devotissimus B. M. V, &
suo Tutelari SS. Patri Dominico. Tandem ictu paralysis

tactus, in ambitu Cracoviensi, cundo ad decantandū cum Fratribus suis, *Salve Regina*. Brevi tempore extinctus, non sine magno animi mærore, tam Fratrum nostrorum quam totius Civitatis Cracoviensis, sepultus Cracovia.

Numerus**111mo.**

V. Pater FERDINANDUS OHM, alias JANUSZE WSKI, Conventus Cracoviensis, vita sanctimoniam cunctis clarus. Post Scholasticos labores, in studio Generali Cracoviensi terminator, eruditissime in Archicænobio Tyniecensi Patrum Benedictinorum, extitit per plures annos, Professor Theologiæ egregius, in via D. Thomæ Doctoris Angelici, illos edocens cum magno fructu suorum Discipulorum, decore Religionis Nostræ, & subiectorum a sensu, ad Prælaturas Abbatialis dignitatis.

Laborum suorum reliquit insignem, & perpetuam memoriam, impressorum Librorum, tum in Philosophicis, tum in Theologicis.

Item Sententias Morales pro Confessionibus, ac Sententias, pro utilitate Ordinandorum ad Sacros Ordines, tandem plenus dierum, S. Observantiae cultor, & sequacium amator, plenus meritis, & virtutibus, piissimè obiit Cracovia.

Numerus**112mo.**

V. Pater Prædicator Generalis, Pater BONIFACIUS TRYBOWICZ, Conventus Posnaniensis, ex Congregatiōne S. Ludovici Bertrandi affiliatus, uti Bonifacius, suis in Concionibus cunctis profuit, & benefecit: dum zelo ardentι, & sua sana doctrinā, alliciebat populum, ad obser-

van-

93

vantiam mandatorum Divinorum, ad pænitentiam faciē-
dam, & vitam corrīgendam, cunctos animabat.

Fuit Vir raræ humilitatis, & devotionis, post pera-
étam enim quamlibet Conciorem, semper alicui Sacerdo-
tum, Missæ sacrificio inserviebat. Habitus Fratrum pro-
prijs lavit manibus, febri maligna corruptus, sumptis de-
vote SS Sacramentis obdormivit in Domino Poloniae

V. Pater Magister THOMAS FRYDRYCHOWICZ, ^{Numero}
^{1131d.} expleto Regentis officiū, in Studio Generali Cracoviensi,
fuit facundissimus, & æstimatissimus apud omnes Concio-
nator Ordinarius, in Ecclesia Archipresbyterali B. M. V.
in Circulo Cracoviensi, suā industria Pictor insignis eva-
sit, multasq; Imagines ad stuporem depinxit. Vir acumi-
nosus, & ingeniosus, in inventionibus, & conceptibus sub-
linibus, fractus tandem laboribus felicissimè obdormi-
vit in Domino.

V. Pater Lector ATHANASIUS CIESZKIEWICZ, ^{Numero}
^{1141d.} Conventus Varsaviensis, ferventissimus per viginti octo
annos, continui sui indefessi laboris, in religiosa pauper-
tate strictè vivendo: Promotor SS Rosarij extitit, ex ma-
gna sui humilitate, ascensus religionis recusans, solō, ser-
vi indigni Rosariani titulō, contentus. Vulgariter ab o-
mnibus vocitabatur Rosarianus Apostolus

Post exantlatos in hocce ministerio labores, infirmi-
tate senectutis pressus, fervidissimè se commendans DEO
B. M.V Rosarianæ, SS. Ecclesiæ Sacramentis devotè su-

Iceptis, animā Creatori suo reddidiit Cracoviæ Anno Dni 1731.

- Numerus 1151.** V. P. Magister HIERONYMUS MILONSKI, Conventus Cracoviensis Prior, atq; aliorum Conventuum Provinciæ de omnibus Provincialis Poloniæ factus, Hanc, prudentissimè rexit in observantia regulari vigilansissimus, Eruditorum virorum amantissimus. Procuravit Fundationem perpetuam, ut in Hono rem D. Hyacinthi, qualibet feria quarta non impedita, missa decanteretur Fratribus Nostris, Pro visionemq; annualem Patribus Moderatoribus, studii Generalis Cracoviensis auxit & plautavit, plenus meritis & virtutibus & vel maximè Charitatis, piissime obiit in Domino.

V. P. Magister NICOLAUS OBORSKI Conventus Cra-

- Numerus 116.** coviesis. Post terminatos labores Scholasticos, variorum Conventum Provincialis Prior, de omnibus Provincialis Poloniæ, plurimum dilexit Decorem Domini Dei. Apparatus Ecclesie Albi & Viridis coloris, pretio magno estimabiles, suo sumptu comparavit Vexillum majus B. M. V. quo ultimur in publicis Processionibus argento contextum. Duodecim Apostolos, in magnis Imaginibus deauratis, ad Columnas Ecclesie, supra Sacristiam & ambitum ejus, depingere curavit.

Fuit vir Magnanimus & Familia antiquæ Columnarum, estimationis apud omnes præclarissimæ, Concionator in Ecclesia Cracoviensi Cathedrali, annis duodecim. Bibliothecam Cracoviensem, exquisitissimis libris locupletavit Pietate & charitate erga fratres peculiare exemplar, seniculus placidissimè moritur Cracoviæ Anno Dni 1716.

- Numerus 117.** V. Pater LECTOR SIGISMUNDUS GRYCINI Conventus Cracoviensis, nullus ambigens Ascensus Religionistorum le dedit Laudi Divinæ, & S. Observantie. Fuit per triginta duos annos, vigilansissimus in officijs Superioratus Conventus Cracoviensis die noctuq; Laudem Divinam cum Fra-

tribus promovens, seniō tandem confessus, post secundas Primitias, brevi post, munitus omnibus SS. Sacramentis Ecclesiae, piē obdormivit in Dno Cracovię Anno Dni 1729.

V. Pater Magister AMBROSIUS SZCZEPANOWSKI ^{Numero} 118. Conventū Torunensis, ejusdem bina vice electus & Confirmatus Prior, optima economia, sua dexteritate & activitate multa Bona procuravit Conventui ex cui Foundationis concedentis Propinationem L quorum, penes claustrum nostrum, severissimè oblitus tenaci Torunensi, apud Serenissimum Regem Polonię Augustum i. ab eoq; Decratum Confirmatorum dictz, Propinationis obtinuit, cum Acatholici sibi invidentiis, jucundissimus in sermone & Eloquio, astutissimus apud omnes. Provincialis Polonię factus Illam maxima Prudentia rexit. Religiosam observantiam coluit, & Bonum Communione promovit. Infirmis, suppliciis, præsto ex charitate inferni ebat, eorum dispositioni ad ultimum usq; interviendo, & Eorum Animas DEO lucificeret. Ad Capitulum Generale celebrandum uti Provincie Definitor Generalis electus, dilectens Infirmitate magna Icteri ladorans, vulgo Zolka choroba dum hæc, magis ac magis excrescebat, à Medicis derelictus, SS. & Hyacintho Deocissimus, eidemq; se sednō commendans, in conspectu Omníum Patrum ac Fratrum, quemlibet eorum humillimè deprecans, & eorum Sacris orationibus, magno cum fletu commendans, animam Suo Creatori reddidit Salvandam Obiit Cracovię Anno Dni. 1724.

V. Pater Magister PUSTINUS GOSTKOWSKI ^{Numero} 119. Conventus Cracoviensis, ultra aliorum Conventuum Provincie aliquoties, bina vice Prior Cracoviensis factus, in sigem memoriam reliquit, in ædificijs Conventus, atq; villarum ad Conventum Cracoviensem spectantium. Sub Tempore sui Officij Prioralis. Religioni Iuvenes, magis Indolis, ex Academia Cracoviensi

vienſi accumulavit, qui usq; modò Superviventes, in ſacris e-
xedris, & Catheris Theologicis, decertant laudabilissimè, pro
Honore Religionis Sacrae. Senio confeſtus obdormivit in Do-
mino Cracovia.

- Numerus 120.** V. Pater Magister THOMAS ENGWER, Conventus Cracoviensis, Scholasticis laboribus incumbens ſeduliflumè, ma-
gnos post ſe, Provinciæ Professores, & prædicatores famoſiſ-
mos protulit. Variorum Conventuum factus Prior, bina vice
Cracoviensis, demùs Provincialis; Dignissimus & estimatissi-
mus fuit. Apparatus pretiosos, ex Capitulo Generali rediens
Venetijs comparavit & Ecclesiæ Nostræ Cracoviensi obtulit.

Capellam dictam Cichonſcianam, Tegulis cooperire, &
Anniversarium uenum in Anno, pro Animabuſ Benefactorum
& Parentum fuorum celebrari, ex ſuo peculiari Depoſito, pro-
curavit. Tandem inter amplexum Fratrum, ex tam prolixo
Itinere Italiz fatigatus, omniabus Sacramentis Ecclesiæ devote
ſuceptis eundis placidiffimus obdormivit in Dno Cracovia.

- Numerus 121.** V. Pater THOMAS SLUBICZ ZAŁESKI Conventus Luceorienſis Nominatus Epifcopus Baccociensis in Val-
chia, à Sereniflmo Poloniaturum Rege Auguſto II. Vir magnus
Prudentiæ, Consiliorum, & ſtatū Regni, peritiſimus; autem
quam Româ ſuę Sacra expeditio, ad manus ejus perueriſſet
Cracovia, magna Inſtitutate preſſus, ubi confeſſari inten-
bat, cum magna cordis compunctione & dolore pro peccatis,
inter amplexus fratum, quos corde fiucero proſequebatur,
mæſtos relinquens, obdormivit in Domino Cracoviæ Anno
Domini 1733.

- Numerus 122.** V. Pater Magister CYPRIANUS SASECKI, Conventus Cracoviensis, in functione ſua Prædicatoria floruit in odore
Deo, & toti Inclitæ Civitati Cracoviensi. Plures Concioſes
Panegyricas, & Paſſionale, eleganti ſtylo, & ampla Doctrina;

Librum contra obstinatos in peccatis, cui Titulus *Amicus in extrema Necesitate*. Luci Publicæ edidit. Prior Conventus Cracoviensis factus & confirmatus, Portam Majorem Conventus, ad Ingressum, & Apothecam, omni forma meliori condonaravit. Fuit vir devotissimus D. Mariæ Magdalena quæ pro suis peculiari Patrona in vita sua elegerat. Hanc, usq; ad ultimam vitæ suæ periodum coluit. Apparatus Ecclesiæ, pretiosissima materia aurô & argento contexta, sua dexteritate & astutitate comparavit.

Post peractam Concionem suam in Ecclesia B. M. V. in Circulo Cracoviensi, cuius erat Concionator Ordinarius, Paralysi tactus SS. Sacramentis Ecclesiæ devotissimè Susceptis expiravit.

Ejus mortem nedum Fratres Nostri, & Aliarum Sacrum Religionum, sed & tota Civitas Cracoviensium, Virorum Insignium Caterua, & Inclyta Mater Accademia Cracoviensis deplorabat, sepultus Cracoviæ, innumeris Suffragijs orationum devoti Populi, & Sacrificijs Missarum ab Omnibus Secularibus & Regularibus Præbbyteris adjutus.

V. Pater Magister SEVERINUS OTĘKO, Conventus ^{Numero} Cracoviensis, expletis cum magno Fructu Suorum Discipulorum scholasticis laboribus totus se dedit Divotioni & S. Observantie, quam in officio suo Priorali Cracoviensi, semper magis ac magis augebat,

Imagines SS. Ordinis Nostri Canonizatorum depingere altis, staturis curavit, cum exemplis vitæ Eorum depictis, & quolibet Festo Illorum, publicæ devotioni ut exponerentur, Licentiam obtinuit. In ejuslibet horum Sanctorum Vigilijs, in Pane & aqua jejunabat.

Decretum S. Congregationis, de non Soluenda Hybernalii Contributione Militibus Regni à Conventu Cracoviensi,

ex villis ad eundem spectantibus," procuravit. Tandem vir exemplarissimus & devotissimus, febri maligna correptus, obdormivit in Domino in Iodłownik, sepultus in suo Nativio Conventu Cracoviensi.

- Numero 124.** V. Pater Baccalaureus actualis studij Generalis Cracoviensis Pater ALBERTUS KADAU, Conventus Præmishensis, vir Ingenij acuminosi, & Linguarum Europearum optimè gnarus, erga B. M. V. & SS. Patriarcham Dominicanum, specialissimæ devotionis, fundens Preces quotidiæ Cursus, B.V.M. ac officiij parvi & in fasciculo expositis ac officio parvo de SS. Patriarcha ibidem exaratis, In cantu Chorali & singulariter peritissimus, fuit magnæ expectationis in Provincia nostra Poloniæ; at primò Anno sui Baccalaureatus actualis inchoato, mense septembri, in annum immediate subsequentem, Ipso die Pentecostes, infirmitate colica pressus moritur Cracoviæ Anno Dni. 1727.

- Numero 125.** V. Pater actualis BACCALAUREUS studij Generalis Cracoviensis, Pater Patritius Licewicz Conventus Gedanensis, post Labores suos Scholasticos terminatos fuit Secretarius Provinciæ & socius trium Provincialium Provinciæ accuratissimus & discretissimus, Prior Loviciensis, Celsissimo Primate Regni Poloniæ acceptatissimus, apud Quem multa Bona procuravit Isti Conventui, tunc in Apparmentis pretiosis, tunc supellestili pro Decore Ecclesiæ, ac in Provisione vietūs & Amicūs fratum suorum, sux curz commissorum.

Baccalaureus in studio Generali Cracoviensi, Institutus, in secundum annum in Professoratos, ex intima sedulitate, gravi infirmitate pressus, moritur sepeliturq; ibidem, vir magnæ expectationis Provinciæ Nostræ, Anno Domini 1737.

- Numero 126.** V. P. Præsentatus Fr. ALBERTUS BALCERKOWICZ, Conventus Poloniensis, post terminatum suum officia actualis Baccalaurei, in studio Generali Cracoviensi, dum officium Regen-

gentis, in eodem studio, gloriofissimè prosequitur, ad novem circiter menses, penes labores simul Concionatoris Ordinarij, in Ecclesia Archipræsbyterali B. M. V., in Circulo Cracoviensi, pro honore DEI, Provinciæ decore, ac sui nativi Conventus Posnaniensis, apoplexia, in lingua, & manu sinistra tactus, animam DEO Creatori suo, redidit sub tempus Rogationum, Annô Domini 1730. Fuit subiectum magnarum qualitatum, & magnæ expectationis in Provincia, utraq; via crescens, & Scholastica, & Prædicatione, nam in Philosophicis, & Theologicis concertationibus fluidè, fundamentaliter, ac ingeniosè, cùm nova semper specie, difficultates solvebat, & adversariorum sententias, admirandè oppugnabat. Sepelitur Cracoviæ, cùm mærore omnium Filiorum, præsertim Conventus Posnaniensis, & Cracoviensis.

V. Pater Magister RAPHAEL KUIAWSKI, Convè Numerus Gedanensis, præclaris animi dotibus donatus, profundissimam scientiam de Divinis, sub tempus sui officij, in Studio Generali Cracoviensi, Regentis, ingeniosissimè, & subtilissimè, ferè Angelicè perdocuit.

Fuit devotissimus B. M. V., & S. Thomæ Aquinati, hoc se nunquam dedit Lectioni, aut Disputationi, nisi effusis priùs ad DEUM precibus, ut mentem illius, Cœlestis sapientia illuminaret.

Post expleta munia Scholastica, totus in contemplatione Divinorum Asceticam ducens vitam, proximorum

saluti, in audiēdis confessionibus, fuit proficuus; nām plurimi relictis mundi illecebris, spretis mundi vanitatibus, mundo renunciantes Sacris Religionibus, noīmen dēdere, alij ad meliorem frugem redacti, vitam suam sanctissimè duxerunt. Sentō tandem confectus, animā DĒO Creatori suo, piissimè reddidit, Gedani in suo nativo Cōventū sepultus quiescit.

Numero V. Pater Præsentatus DOMINICUS KRZEWINSKI,

128. Conventus Posnaniensis, fuit acuminosi ingenii, atq; profundissimi, ac miræ explicationis suarum Prælectionum, in Philosophicis, ac Theologicis, ex studijs Hispanicis rediens. His laudabiliter terminatis, Prior factus Plociæ, demum Posnaniæ, studuit potius prodesse, suō exemplo cæteros alliciens, Primus ad promovendum cultum Divinum, primus ad observandum ea, quæ sunt in S. Religione observanda: nec quidquam curæ suæ subjectis demādavit faciendum, quin ipse priùs executus non fuisset. Patris Magistri Lalazari opus, valde utile, ex Hispanico idiomate, in Polonum vertit. Annorum octodecim spatiō, fuit Examinator Synodalis, ac Pœnitentiarius in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi, Clero, & Regularibus proficuus, tandem septuagenarius, piissimè obdormivit in Domino, in Conventu suo nativo Posnaniensi,

Numero V. Pater Magister CORNELIUS WILLICH, Con-

129. ventus Gedanensis, ex Studijs exoticis rediens, præclarissimas animi sui dotes, exhibuit: tum in suo nativo Convē

tu Cedanensi, tūm Cracoviensi, in officio Magistri Studētium, Baccalaurei, ac Regentis, cum magno fructu Discipulorum, pro decore Provinciæ nostræ.

H:s gloriosè, & laudabiliter absolutis, prædicans in Ecclesia Germanorum, S. Adalberti Episcopi & Martyris Cracoviæ, sub supra specificatis officijs suis, demum Gedani, pluribus annis. Sermonum ejus sacra sacrorum eloquentia, cum magno animarum lucro, duriora saxo corda, peccatorum ad se venientium, ad amorem DEI, præceptorum Divinorum observantiam liquefcebant.

Plures Hæreticos, pertinaciâ eorum sublatâ, veræ Ecclesiæ Sanctæ DEI aggregavit: honestissimisquè, ac amplissimis Viris, cohonestavit, qui, abjuratâ fide Lutherana, Cœlestem coronam sibi comparârunt. Post hos exantlatos labores, sanctissimè vitam suam terminavit, in suo nativo Conventu Gedanensi.

V. Pater Præsentatus MICHAEL FOLLANT, Con-
ventus Gedanensis, post absolutum gloriosè Cursus Philo-
sophicum, ac Theologicum in Studijs formalibus, Provin-
ciæ, bina vice Secretarius, pro manu dextera Provinciali-
bus extitit, & gloria Provinciæ.

In sacris exedris postea, zelosè corda hominum, ad resistendum fortiter mundo, carni, sathanæ, ad amplectendum verò virtutis bonum, & fugiendum peccati malum, ardenter inflammabat.

Bina vice Prior Gedanensis, cultum Divinum, ac bo-

num communē promovens, penes observantiam instituti nostri, sua affabilitate, & dexteritate, omnium corda devinciebat, & ex sua beneficentia, ac pietate, duo Altaria in suo Conventu Gedanensi, SS. videlicet Nominis JESU, & S. Thomæ Aquinatis extruxit, & deauravit, seniō tandem, & laboribus confeclus, inter amplexum Crucis, & ejus osculum, animam Creatori suo in manus tradidit.

Numero V. Pater Præsentatus SERVATIUS MILLER, Con
131. ventūs Gedanensis, in studio formali Posnaniensi primarius Professor, omnem curam, & solicitudinem, vertit in discipulorum suorum utilitatem.

Resolvendarum difficultatum, varijs innodatarum, nodis, se monstravit, etiam apud exterorū oraculū, nulla dies apud eum fuit, vel transiit, sine notato digno, postoris imitandus relictus. Prædicationis demūm officium adeptus, transgressores, & contemptores Legis Divinæ, sua viissimum ejus eloquium, ad observantiam ejus, quemq; inflammabat, & sic propè septuagenarius, SS. Sacramētis Ecclesiæ deyotissimè suscep̄tis, obdormivit in Domino Gedani.

Numero V. Pater S. Th: Lector, PETRUS SCHULTZ, Con
132. ventūs Gedanensis, abjurata fide Lutherana, Religionē nostrā ingressus, tantūm postea profuit Fidei nostræ Catholicæ augmento, ut per suas Conciones servidas, & zelosas, ex dogmatibus Lutheranis, per ipsum confutatis, nedium in Civitate Regia Varsaviensi, ubi etiam studijs in-

incubuit, sed & in Civitate Posnaniensi, Metropoli Majoris Poloniæ, ubi Lectoris Primarij, munus laudatissimè exercuit, plures Catholicæ Fidei adscivit, & gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ aggregavit.

Fuit perspicacis, & acutissimi ingenij, in oppugnandis, & defendendis Thesibus, prædeterminationis Physicæ Thomisticæ, propugnator acerrimus. Penes nimiani sedulitatem suam, & sui ad altiora capessenda accommodacionem, febri maligna correptus, in tertium annū sui Professoratus Posnaniæ, coram adstantibus Fratribus, morte ejus collachrymantibus, penes Crucifixi amplexus, & oscula, animam suam placidissimè DEO reddidit Posnaniæ

V. Pater Magister JUSTUS SŁOWIKOWSKI, Conventus Cracoviensis, favorabilibus votis in Priorem Cracoviensem electus, & confirmatus in hoc officio, præluccebat cunctis, vita suæ exemplaritate, & boni communis, ac religiosæ observantiae conservatione.

Serenissimum Regem Poloniarum, Joannem III, nostram Ecclesiam SS. Trinitatis Cracoviæ adeuntem, cum voto SS. Hyacintho offerendo dñserto ore salutavit, & in præsentia ejusdem Serenissimi Regis, cui erat acceptatissimus gloriosè. & cum magno applausu prædicavit.

Multa bona, ob suos magnos respectus Conventui, procuravit in supellectili Ecclesiastica, & Altare majus, quod erat combustum, extruxit, & deauravit sumptuosè. Plura intentans facere, gravi infirmitate pressus, cef-

sans ab intentatis, ut D E O intensius vacaret, ac anima
sua salutem sempiternam, provideret, eandem placidissi-
mè, Creatori suo in manus consignavit Cracoviae.

Numeros V. Pater Magister CASIMIRUS NAPOLSKI, Con-

134. ventus Cracoviensis, plenus charitate erga Fratres, omni-
um amorem in se concetravit, dum unanimi votorum
calculo obtenta, Reverendissimi Patris Magistri Genera-
lis Ordinis, dispensatione, tria vice reelectus fuit in Pri-
oreni Conventu Cracoviensis, quem probitas morum, &
innatus Casimiro sinceritatis candor, erga bonum cōmu-
ne, & Religiosæ observantie zelum, promovit, & fovit.
Sub tempus tandem invasionis, in Regnum Sveticæ, ma-
gnas per pessus tribulationes, & cordis afflictiones, in-
solvendis, sub exacta militari executione, contributioni-
bus capitalibus, tum suorum Religiosorum, tum in Villis
ad Conventum spectantibus, subditorum, & quidem in-
stanti se DEO, B M.V, & SS. Patriarchæ Dominico,
Protectori totius Provinciæ nostræ peculiari cōmendans
recedens Cracoviâ Dzikoviam, ibidem sanctissimo fine
reliquum cursum vitæ suæ, brevi consummavit, sepultus
ibidem quiescit.

Numeros V. Pater THOMAS GNIAZDOWSKI, S. Th: Prz-

135. sentatus Conventus Posnaniensis, Scholasticis laboribus lau-
dabiliter terminatis, in studio formalis Præmisliensi, fa-
ctus Socius Provincialis Poloniæ, uti Vir acuminosi in-
genij, ad Panegyres, & Orationes publicas, promptissimus,

&

& disertissimus, omnium ad se corda trahebat. Prior Posnaniensis demum factus, in promovendo cultu Divino, & cantu Chorali, quam S. Religionis bono, ejus dexteritatē, activitatem, affabilitatem, simulq; & felicitatem, novit optimè hicce Conventus Posnaniensis, omnium corda, in sui amorem Paternum devinciens.

Sub tempus pestilentiae, pro tunc grassantis Posnaniæ, insignem sibi adscivit Benefactorem, p. m. Dominū Martinum Czerniewski, Consulem, & Proconsulem Posnaniensem, qui notabilem summam pecuniariam, in auro & argento, pro reparacione Ecclesie, per vehementissimos vēsus, & tempestatem extraordinariam, olim destructæ, sua activitate, & dexteritate, Conventui obtulit.

Examinator Synodalis, & Poenitentiarius Ecclesiæ Cathedralis Posnaniensis factus: duriora corda peccatorū, ad amorem Dei inflammans, & observantiam Divinorū præceptorum; ita molliebat, ut liquecerent. Prælat s. hujus Cathedræ Posnaniensis, acceptatissimus, & æstimatus fuit. Promotiones ad gradus Scholasticos ulteriores, cæsis relinquens contemplatione Divinorum deditus, hanc vitam mortalem, in immortalem, commutavit Posnaniæ.

V. Pater S. Th: Præsentatus, CANDIDUS NADA. *Numero*
LINSKI, Conventus Posnaniensis, antequam labores Scho
lastici eidem conferrentur, in exedris Conventū Provin
cīæ, demum Posnaniensi, plurimum laboris, functus Con
cionatoris Ordinarij Officiō, pertulit Vir disertissimus,

illius oris svavissimum eloquium, cōrda devītēns pēcatorum, ad vitā suā emendationem, & eruditōnē. Post hēc labores Scholasticos aggressus, in studio formalī Posnaniensi, clarissimas animi sui dotes, demonstravit, cum fructu, & utilitate discipulorum. Prior deinde Loviciensis, Siradiensis, ac quadries Posnaniensis, post aliqua intervalla sui officij factus: sacrae observantiae cultor, amator, observantissimus fuit.

Organum majus in Ecclesia, suā dexteritate, & activitate extruxit, Ecclesiamq; minutam ad ruinam per vehementissimos ventus, pristino restituit decori, atq; Cappellam D. Hyacinthi, picturis sat elegantissimis: vitam, & mortem D. Hyacinthi, exprimitibus adornavit.

In Cathedrali Ecclesia Posnaniensi, Examinator Syndalis, ac P̄nitentiarius, fuit magnae aestimationis apud Praelatos, Nobiles, ac sui Concives, demūn duorum septuaginta annorum ætatis suæ circulum arripiens, omnibus SS. Ecclesiæ Sacramentis, devotissimè suscep̄tis, commendans Fratribus suis animam, suis sacris orationibus, placidissimè obdormivit in Domino Posnaniæ.

Numerus 137. V. Pater Magister HYACINTHIUS LUBONIDZKI Cōventū Præmonstratiensis, morum Iunocentia, & Integritate, vita aust. rite, ac Regulari Observantia sub tempus Suorum officiorum, in Prioratibus variorum Conventuum Provinciæ nostra existens:

Claruit in eo, & quidem eximis, in Proximos charitas, omnium ministerio, praesertim Infirmorum, se se impendendo Eu-

Fuit Devotissimus B. M. V. cuius parvum officium, sive ut dicunt Cursum, quotidie recitabat, nec unquam omisit. Tandem serio confectus, in Conventu Lublinensi Prior aliquot mensum, SS. Sacrementis Ecclesiae devotissime, susceptis, ob dormivit in Domino Lublini.

V. Pater Magister DOMINICUS LEWINSKI Conven.^{Numero 138.}
tus Cracoviensis, emenso in cathedralis, egregia cum laude, stu-
diorum cursu, multis cœnobii præfuit, summa, tum Pruden-
tia, tam charitatis Fraternæ Laude, ac Observantie regulatis
Incremento. Otio bellum indixit, semper aliquid boni ope-
rans, aut Devotioni insistens in Deiparam, Virginem magna-
erat in eo observantia ac Pietas, ad quæ ceteros, vehemen-
ter accendebat.

Bibliothecam Cracoviensem, necdum Libris ampliavit,
verum & ex majori parte reparavit & superius lamina terrea
texit. Lampadem argenteam ad Altare Majus, & candelabrum
argenteum, ex suo Patrimonio comparavit, de licentia suorum
Superiorum: multaq; alia Bona suo nativo Conventu præsti-
tit, prope ostiagenarius, ad superna Præmia evocatus est, se-
pultusq; in suo nativo Conventu Cracoviensi:

V. Pater Prædictor GENERALIS PRUDENTIUS ^{Numero 139.}
Gross, Conventus Gedanensis, fuit vivacis & efficacis sermonis
in S. exedris, præcipue in capella Germanorum Gedani, circiter
per annos duodecim, omne vanum & non planum respu-
ens.

Animarum DEO lucrandarum zelô, ardens; suo postpo-
nito cōnodo, salutari in confessiōibus Sacramentalibus Con-
silio, ad emendationem vitæ plurimos reduxit, frater demum
laboribus, ac senio confectus, piissime obdormivit in Domino
Gedani.

V. Pater S. Theologiz Præsentatus ALBERTUS DRO. ^{Numero 140.}
Oz HO.

HOBICKI Conventus Posnaniensis, post terminatos scholasticos Labores, cum profectu Suorum Discipulorum in pluribus cænobis Provinciæ præfuit, regularem disciplinam acerrimè reuuit, utq; omnes, quibus præterat, in ea viverent; verbo & exemplo, magnoperé laboravit.

Officium D. funerum, Cursom B. M. V. ac Rosarium integrum, quotidie recitabat, fuitq; omnium Annantissimus Pater. Seniò tandem confectus, Animam suam Creatori in manus tradidit Vroncis, sub sui Prioralis officij decursu in annum quintum, ibidemq; sepultus.

Numerus

141.

V. Pater S. Theologiz Lector NICOLAUS SEDGIERICZ Conventus Posnaniensis, Hic sedulo dans operam studijs, in jildem plurimum profecit, Factus Philosophiaz Professor in studio Formali Posnaniensi, demum secundariz & Primariz Letionis Professor, multos post se reliquit Discipules, scientiam & Eruditione præditos, quiq; omnes fuerunt postmodum laudabiles, ubiq; in Provincia nostra Professores. Tandem sub tempus grassantis pestilentiz in civitate & confiniis Civitatis Posnaniensis, cunctis Fidelibus ex charitate interuiens, eadem infectus, vix Qua dragesimum altingens Annum, obdormivit in Domino Posnaniæ.

Numerus

142.

V. P. S. Theologiz Præsentatus ERNESTUS ESSEMBLETTER Conventus Gedauensis, fuit vir omnibus charus, & affabilis, & in omni experientia sua versatissimus. Per annes duodecim continuos in Ecclesijs Alemanorum, tum Cracoviz ad S. Adalbertum, tum Gedani, disertissimus Concionator, in portiugendis Consilijs dexter, in combinandis amicis, singularis, observatiæ religiosæ Custos, ac vitæ exemplaris. Liberibus demum in Officio Concionatorio, fractus, moritur Gedani.

Numerus

143.

V. Pater S. Theologiz Præsentatus AMBROSIUS Thyll Con.

109

Conventus Gedanensis, fuit Defensor strenuus, lingua & calamo contra Hæreses, quas suo disertissimo sermone, convincebat & confutabat, per spatum duodecim annorum functus Officio Concionatoris Famosissimi: quem clipei & propugnaculi loco in adversis, ne dum Natus e jus Conventus Gedanensis sed & tota Provincia lætanter, sèpius experta fuit, moxq; post tot annorum curricula, accelerante Eisdem sèva indispositione, finem vitæ sive exemplaris lætauter in Domino aspergit G. danoi.

V. Pater Augustinus ROGALA fuit Vir devotissimus, ^{Numero} 144. abstinentia magna, in Sanctitate vita Deo seruiens. Hic magia Infirmitate pressus, nec valens celebrare missas, in Quadragesimali tempore, aliquali recreatus valetudine, in octava Resurrectionis Domini, petiit ut celebret missam, ante Altare D. Hyacinthi Sandomiriae, quam cum felicissime & devote sibi set, à Cosacis, tunc Sandomiriam iavidentibus, post Ipatium unius horæ missæ finita, crudelissime occisus est, in Gratianum actione post missam perleverans, ibidemq; Sandomiriae sepultus.

V. Pater Prædicator Generalis DANIEL NISWANT ^{Numero} 145. Conventus Gedauensis ejus facuadæ in coacionibus ad Populum iabitis, per plures annos circiter novem in Ecclesia Nostra Gedanensi, nectar & Ambrosia dici potuit, cunctos ad Catholicam Fidei amplectendam animans, Plorimosq; Gremio, S. Maris Eccl sive adscriptis suo affabili, & zelozo Sermone, vitaq; sive exemplaritate ac devotione, ad suum exemplum trahen. Moritur Gedani Sanctissime, ibidemq; sepultus.

V. Pater Sacrae Theologiae Lector CLEMENS CRO. ^{Numero} 146. DEL, Gedani Concionator ordinarius, pietate, Doctrinâ gratia conionandi, zelô pacis, in rebus agendis dexteritate, minus in nodum conspicuus, vitaq; religiosæ ac observantiaz cul-

cultor & Promotor felicissimè cursum vitæ suæ Gedani consummavit.

Numerus. V. Pater Magister JOANNES CANDIDUS Iatmuzna,
 147. Conventus Varsaviensis, Vir in Iure Civili & Canonico, versatissimus, Privilegiorum Mendicantium propugnator zelosissimus, in Conventu suo nativo Varsaviensi benè promeritus, ibidem piissimè obiit.

Numerus. V. Pater Magister ALBERTUS GRABIECKI, Conventus Varsavieensis, agens Priorem in eodem Conventu, Arianam Hæresim, è Regno Poloniz, ejusq; Dominijs, sua Disputatione & calamo, publicè, in pleno senatus Sarmatici Congressu, serenissimo Regi Poloniarum & Succiz, porrecto libro, profligavit tota Serenissima Republica, decerpente & proscribente Arianos, cuiuscunq; Conditionis forent. Tandem Devotioni & contemplationi Divinorum, deditus, piissimè obdormivit in Domino Varlayiz

Numerus. V. Pater Magister PETRUS DROGOSZEWSKI Conventus Varsaviensis Hic post exantatos scholasticos labores, in studio protunc Formali Varsaviensi, fuit demum Regens Studij Generalis Cracoviensis, toto triennio & medio quarto, sedulo moderamini studij Generalis incubuit.

Nunc vero ex singulari Benevolentia Patrum Cpituli Romani Generalis Auno 1694. concessu^m erexit, & Institutum Generale & Anno Domini 1703. die 29. Novembris inchoatum, alterum studium Generale post Cracoviensi, jam per tria Cpitula Generalia confirmatum & roboratum.

Hic idem Amantissimus Pater, fuit magni respectus apud Proceres Regni utriusq; statu tam Spiritualis quam Sicularis maximeq; S. Nuociaturz ac S. Ecclesiz Dei Episcops, virtutumq; Integritate conspicuus, atq; eruditione incomparabili, clarissimus.

Primo sue Prioratu Anno Dni. 1698 in suo Nativio Conventu Varsaviensi, varijs bonis ac Proventibus eundem Conventum tra&tu sui lexennij locupletavit. Secundo quoq; Triennio in Priorem ejusdem Conventus electus, pestilentia grasa in Polonia Anno Dni. 1611. octo triennis præter quatuor menses, Præ'es fuerat tot & tanta, per hos annos sui Regiminis fecit, perfectq; suo nativo Conventui, suisq; succedaneis Prioribus, post obitum Suum complenda destinavit, reliquo proijsdem com parandis, ac ædificijs extruendis suo Notabili Deposito, tam à Parentibus suis, quam Industriâ sua acquifito.

Manet adhuc in æterna memoria, verè Ejusdem Conventus Patris, procuratio in hoc Conventu studij Generalis erector ejusdemq; Erectionis, trina per Capitula Generalia Confirmation, ac pro Eodem studiò conservando, præter notabiles summas de Bonis Conventus per eundem procuratis, sufficiens Proventuum accumulatio.

Manet in memoria Te&cum caterieiniorum tam Ecclesiæ, quam Conventus quætanuis restauratio ac denovo reædificatio.

Manet in memoria, nova notabilis Partis Conventus, ac Braxatorij, totaliter muratorum erector & ædificatio, Bonorumq; omnia ad hunc Conventum spectantium, & Paterna Subditorum Conservatio ac tuitio, Ecclesiæ quoq; tam apparatus de auro & argento, quam Organorum Majorum, de novo exstructorum, nobilissima & pretiosa adornatio & præterquam quod ab Insignibus viris utriusq; status, in maxima authoritate, veneratione, ac omnis prærogativæ agnitione, habitus, uti Generalis Censor Librorum per totam Diecæsim Polonianensem, præcipuum tamen, post sua sera fata, reliquit ævitæ memoria Specimen, scilicet Volumen Controversiarum aduersus hereticos pugnans, Polonico Idiomate in for-

mam Scholasticam Theologicam redactum ac Typo editum,
quo Varij errores Hæreticorum profligati sunt, in inanmeris
homini bus, prout & moderno tempore profligantur, eodem q
volumine convincuntur, Tandem f. sus laboribus, ac curis cir-
ca bonum Commune Conventus, mortuus est Anno Domini
1729. mense Martio ibidem in Conventu suo Nativi Varsa-
viensi.

- Numerus** 150. V. Pater Magister ALANUS BARDZINSKI Conventus
Varsaviensis, qui licet fuerat balbutiens, attamen disertissimus
Orator ac concionator, apud Reges & Principes acceptatissi-
mus.

Fuit præterea naturalis ac artificialis Poeta quia totam sum-
mam D. Thomæ Doctoris Angelici ejusq; Articulos Carmi-
neheroico explanavit atq; Typo luci publicæ edidit, ut vi-
dere est in Bibliotheca Varsaviensi, Tandem sub tempus pesti-
lentiaz grassantis Varsaviz, moritur ibidem.

- Numerus** 151. V. Pater Magister ALANUS SOSZYNSKI, Conve-
tus Varsaviensis, Vir eruditissimus, & profundissimus, in
Theologicis, ac Philosophicis, atq; in arte Chorali nostri
Ordinis, exquisitissimus Câtor, post expletos labores Scho-
lasticos, in Studio Generali Varsaviëni, in quo officij Ma-
gistri Studentium, actualis Baccalaurei, ac Regentis fun-
ctus erat, post hoc in Priorem Płocensem electus, ac co-
firmatus, vitâ morumq; honorum, ac Regulari obseruantia
pollens, moritur ibidem post Capitulum Plociæ celebratū,

- Numerus** 152. V. Pater Magister RAPHAEL SPUŠKIEWICZ,
Conventus Varsaviensis, hic varia exempla præbens Juv-
tuti, sub officio Magistri Novitiorum, insigniter tamen
Magistri Organorum, etiam sub tempus omnium graduū
sui

Sci Professoratus, in studio Generali Varsaviensi cōpletis,
exercere tamen vicio non habuit, quinimo alios in Orga-
nis eruditivit, ac post se reliquit Organistas perfectissimos.
Lovicij electus, ac confirmatus Prior, sub tempus sui of-
ficij, moritur ibidem.

V. Pater Magister IGNATIUS LERZECZKOWSKI ^{Numerus}
Conventus Varsaviensis, qui præterquam quod, Juventu- ^{155.}
ti in Novitiatu, per aliquot annos, exemplo, ac eruditio-
ne præfuerat: ac varijs libellis devotionum, Polonicol-
diomate, Ecclesiam Dei adornaverat, præcipuum zelum
in promovenda Confraternitate cinguli castimoniarum Ange-
lici Doctoris D Thomæ Aquinatis habuerat, ac ejusdem
devotionis promulgator extiterat.

Interim tamen, post terminatum officium Magistri
Studentium, actualis Baccalaurei, ac Regentis, in studio
Generali Varsaviensi, dum Lauream Doctoralem obtinet
vix duobus annis, nondum expletis, in Prioratu Brestensi
in Cujavia, vitam cum DEO copulavit, ibidem sepul-
tus manet.

V. Pater Magister DOMINICUS ANTONIUS ^{Numerus}
WRZESZCZ, Conventus Varsaviensis, Vir Nobilitate, & ^{154.}
scientia præditus Concionator ab omnibus Proceribus Re-
gni, ac Loci Ordinarijs acceptus. Hic post expletos labo-
res Scholasticos, tum Varsaviæ, tum Cracoviæ Regens Stu-
dij, dupli postea Prioratu functus, videlicet Brestensi in
Cujavia, ac Lanciciensi, postea ad nativum suum Convē-

tū Varsaviensem reversus, specialis sui laboris memoriale reliquit, videlicet de Idiomate Hispanico, in Idioma Polonicum, Chronicon S. Religionis, incipiendo à SS. Patre Nostro Dominico, interpretavit, ac in lucem publicam reddere curavit. Ad finem ultimi Tomi pergens, morbo correptus, vitam suam optimo fine clausit Varsavia, Annō Domini 1738.

Numerus

155.

V. Pater Magister REGINALDUS KOPROWSKI, Conventus Varsaviensis, Vir tota Religione plenus, zelans pro gloria Dei, promotione devotionis erga SS. Patriarcham Dominicum, Regularis observantiae, & studij augeamento. Ad invida sorte in Varsaviensem, & post Lacciciensem Prioratum, electus, periodo vitam suam finivit, munitus omnibus SS. Sacramentis Ecclesiaz. Annō Domini 1738.

Numerus

156.

V. Pater Magister ALBERTUS FUNCK, Conventus Varsaviensis, hic quantum poterat, subveniebat bono communi Conventus, nam sæpè sæpius innatæ sua ægreditudini vulgo podagræ, subiectus existens maximus Germanica lingua Conventui suo, sub tempus incursionis, ac inter Regni in Polonia, proficuus erat. Terminato officio Regentis, in studio Generali Varsaviensi, assumptus ad officium in eodem Conventu Prioris, secundo triennio resignans, ultimum morbo pressus, vitæ sua imposuit terminum ibidem, Annō Domini 1744.

Numerus

157.

V. Pater Magister ALBERTUS OCHABOWICZ,

Con-

Conventus Varsaviensis, suæ vitæ non postrema specimina post se reliquit. Nam præterquam, quod fungebatur officio, exemplaris Magistri Novitiorum, quatuor annis, deinde Magister Theologus factus, ac Socius pro Capitulo Generali Bononiensi electus, in quo procuraverat tertiam confirmationem studij Generalis Varsaviensis, quam & effecit Romæ, sub felicissimo Regimine p. m. Rndñi Patris Thomæ Ripoll, Magistri Ordinis.

Post mortē Patris Magistri Petri Drogoszewski, præfuit huic Conventui annis tribus, maximè circa fundos Conventui proprios, multum zelans, eōq, officio finito editioni variorum Librorum, tam devotioni, quām etiam Theologiæ Morali servientium incumbebat, uti auctio Libri nominati, *Scutum Fidei Christi*, consq; obloquitur.

Post Provincialatum, secundo in Priorē ejusdem Conventus electus, usq; ad terminum vitæ suæ præfuit, per quinquennium, Gedani enim sub tempore Capituli electivi Provincialis Poloniæ, fessus laboribus pro tuendo suo Conventu, mortuus est, ac sepultus Gedani. Annō Domini 1746.

V. Pater LUDOVICUS POZORA, qui cūm Petri ^{Numero} cōviæ, adhuc Præsbyter Sæcularis exorcizaret Energumenum, dæmonq; assereret, se non posse extirpe, nisi prius fieret Religiosus Dominicanus, factus Religiosus, in Conventu Varsaviensi ibidem Professus, Energumenus liberatus est.

Ipsé post hæc, nuda cubabat humō, p̄d cervicali, & culcitra ligna supponebat, jejunis, disciplinis corpus suum domabat, & spiritu Propheticō adventum Svecorum in Poloniā longè attente prædixerat. Tandem infirmus à Svecis hæreticis pedibus ligatis, è Superiori dormitorio, inter equos tractus, equis ipsis cedentibus loco expiravit. Annō Domini 1656, sub Ara majori sepultus, quiescie Varsaviæ.

Numerus V. Pater GREGORIUS BUSZKIEWICZ, Vir mo-
159. destiæ Religiosæ, mortificationibus corporis, vitaq; exem-
plari conspicuus, & Regularis observantia zelofissimus cu-
stos fuit, moritur Annō Domini 1677. In die mortis ejus,
plures homines devoti, testabantur in verbo veritatis, se
vidisse super Conventum, aliquam lucem splendidam ad-
modum columnæ.

Numerus V. Pater AUGUSTINUS TARNOWSKI, de Con-
160. ventu Luceorienſi, Vir devotissimus, ac piyssimus, fuit in
Conventu Cöllerocamenensi annis novem, à prima Fun-
datione ejusdem Conventū, cum omnium ad ficatione,
rarissimō exemplō sanctissimè vixit, à Cosacis verò deva-
stantibus Vołyniam, una cum alijs præclaris Nobilibus
occisus, die 25 gbris, Annō Domini 1648, sepultusq; cum
ijsdem in Ecclesia Cöllerocamenensi. Item

Numerus V. Pater THOMAS OLSZAMOWSKI, Conventus
161. Luceorienſi, qui annis septem permanens in Conventu
Cöllerocamenensi, religiosèq; Conventum gubernans sub
tem.

tempus sui officij cōdem die, quo Pater Augustinus Tarnowski, atq; vix non eadem hora à Cosacis, una cum alijs Fratribus nostris, occisus est in Ecclesia Rathensi, quatuor milliaribus à Conventu Cosserocameneus.

V. Pater Prædicator Generalis FLORIANUS TRO^{Numero}
IANOWICZ, de Conventu Lublinensi, olim Capellanus^{162.}
Cellissimi Principis Sanguszko, Fundatoris Conventus Cosserocamenensis, Prior protunc ejusdem Conventus, piissimè vivendo, in Crucifixi amplexu, obdormivit in Dominō, ibidem Annō Domini 1658.

V. Pater Magister AURELIANUS ROBOSKOWICZ ^{Numero}
Conventus Lublinensis, Vir cōtinua pietate, prudentia de-^{163.}
xeritate, & in rebus agendis magna experientia pollens,
cūm omni devotione, sensuum recollectione in gemitib⁹
suspīrijs, & effusione lachrymarum, animam DEO reddi-
dit Lublini, Annō Domini 1688, die 1. Martij.

V. Pater Magister MATHIAS FRANCO, Convent⁹ ^{Numero}
Luceoriensis, modestiā, patientiā, & abnegatione propriæ^{164.}
voluntatis insignis fuit. Virginitatem suam B. M. V, erga
quam singulari pietate ducebatur, perpetuo servandam
devovit. In contemplanda Christi Domini Passione assiduus
fuit, factus Magister, sua munia Scholastica obibat, ni-
nil prætermittendo eorum, quæ ad sui devotionem, & re-
gularem observantiam attinebant, eum magna opinione
sanctitatis, dcessit Luceoriz, Annō Domini 1622.

V. Pater GABRIEL ZAWIESZKO, Conventus LUN^{Numero}
P3 ce. 165.

ceorienſis, Prædicator zelofissimus, cujus Conciones Typis mandatæ. Vir contemplativus, legum suæ Religionis obſervantissimus, carnes nunquam edebat, cilicio ſemper uſus, gravi infirmitate correptus, nulla impatiencie ſigni monſtravit, & cum ſe recognoſceret brevi moriturum, petijt ſibi legi Paſſionem Christi Domini, induitusq; in te- gro habitu Religionis, munitus omnibus SS. Sacramentis Eccleſiæ, morteni ſuam lætus expectabat, quæ cùm im- mineret, jussit ſecundūm conſuetudinem tabulam pulsari, certiores faciendo Fratres, de ſuo agone, qui cùm ad eum concurrerent, mox devotè amplectendo Crucifixum, pla- ciuſimè expiravit in ſuo Conventu Luceorienſi.

Numerus V. Pater HIERONYMUS CHYZOWSKI, Religio-

166. nem Profellus in Conventu Luceorienſi, fuit exemplar omnis perfectionis, legum ſuæ Religionis obſervantissimus. Vir magnæ devotionis, & mansuetudinis, eo anno quo finivit Prioratum, in ſuo nativo Conventu Luceorienſi, 1660, finivit & vitam, ibidemq; ſepultus quiescit.

Numeros V. Pater JACOBUS OLSZANOWSKI, Conventus

167. Luceorienſis, Vit simplex, & rectus, taciturnitatis amans, & devotissimus In infirmitatibus ſuis patiētissimus, ma- xima vulnera in corpore ſuo, uſq; ad mortem nemini de- texit, & licet fuerit Vir simplex, tamen propè agnem constitutus; multa de S. Scripturis locutus eſt, agonē ſuū DEO, & B. M. V. commendans, munitus SS. Sacramentis Eccleſiæ, cum Fratribus colloquētibus placide expiravit

An-

Annō Domini 1625, die 8. Maji, in Cōventu Luceoriēsi.

V. Pater NICOLAUS RUSZKIEWICZ, Villarum ^{Numēro} 165. ad Conventum Leceoriensem spectantium. Economus, optimus Religiosus, boni communis fidelissimus Administra tor, D. Mariæ Magdalenæ cliens devotissimus, SS. Sacra mentis devotissimè susceptis, jussit tabulam pulsari pro commendatione animæ suæ, & Litanij de Omnibus Sanctis recitandis. Tunc ipse cum Fratribus, in agone constitutus, has devotiones cum illis recitans, ad illa verba, à Sacerdote incæpta: *Proficere anima Christiana*, in amplexu Crucifixi placidè expiravit, in suo nativo Cōventu Luceoriensi, Annō Domini 1629; die 10. Decembris.

V. Pater RAYMUNDUS ZUKOWSKI Conventus Lu- ^{Numēro} 169. ceoriensis. Vir magnæ devotionis & mansuetudinis, ab eſu Carrum in Religione Sacra constituto, temperabſtinuit. Gratiante Lue in oppido Iſiæensi, prius devote SS. Sacramentis Ecclesiæ ſuę eptis, Habitum ſuę Religionis proprijs manibus induit, & humi prostratus, manus per modum crucis compo ſuit, Imagineq; Crucifixi de votè conſtingens, obdormivit in Domino.

Fjus Corpus aliquot annis in Ecclesia Viſzecenensi recu buit, post modum procurante Patre Magistro Procopio Hyacintho Szostachowsk, pro tunc Priori Luceoriensi, cum quo ſi mul Religionem Sacram, ingressuſt: Luceoriam translatum, cum Fratribus Nostris conditum est Anno Domini 1647. diē 12. Januarij.

V. Pater Magister Procopius HYACINTHUS SZO STACHOWSKI Conventus Luceoriensis, dignissimus. In Na- ^{Numēro} 170. tivi Conventus, Prior multis annis, extitit Demum Provincia lis

Iis Poloniz factus, multa & Insignia beneficia eidem præstitit, in
erectione post combustionem ejusdem. Fuit etiam zelosissimus
Promotor SS. Rosarij utriusq; SS. Nominis, Tandem senio
confectus translatus est ad requiem sempiternam. Anno Dni
1687. die 6. Junij.

Numeros. V. Pater HYACINTHUS CZAPLIC magnæ humilitat-

171. & mansuetudinis, devotus, modestus: semper tamen vultu-
latis atq; Jucundus. Studiorum cauſā in Hispanias profecto-
bis diu noctuq; vacavit, ob quam causam labore capitis, pa-
maligna febri correptus, dum se proximum morti cognovil-
set, generaliter sua peccata confessus, & SS. Sacramentis E-
clesiæ munitus. Triduo ante mortem, scripsit Literas satist-
miles ad suum nativum Conventum Luceorionsem oboixè
mnes Patres & Fratres, (si quando quos aliquandò offendier-
deprecando, & suam animam orationibus commendando, la-
intensissimis doloribus affligebatur, usq; ad extremum vitæ
halitum, vultu hilari & auro no semper permauit, & in Co-
ventu Vallitoletano Anno Dni 1620. die 8. Febr. felicissi-
obijt. Patres Hispani post illius obitum de illo dixere vixit
eū Angelus, quod Nativo ejus Conventui retulerunt.

Numeros. V. Pater BERNARDUS GRZYBOWSKI, in scien-

172. elevatus, qui indefesso humero, totius studij Generalis Cr-
eoviensis sustinuit pondus, actoto Triennio desudavit, &
more & labore scholastico Sapientissimus Regens. Toties
dem Prior Luceoriensis prudentissimus suo regimine con-
coravit moritur ibidem Anno Dni 1938.

Numeros. V. Pater Stephanus HYACINTHUS SWATOPEŁ

173. CZERTWERTYNSKI, olim Dux in Zywadow & Koi-
Krynicę, Vexillifer Volbyniz, postposita Sæculari po-
pâ, & magna divitiarum fortunâ, f. Etiaq; separatione Tho-
mæ in facie Ecclesiæ, cum sua Consorte Regina Joanna de wyl-
diw

cio Kaszewska, ob solum amorem Dei Animęq; suę salutem, S. Religionem nostram Luceoriz ingressus, Anno Dni 1682. 4. Octobris, ubi pię, modeste, & humiliter vivens, Præsbyter factus, in gravem morbum incidit, in quo considerans se brevi moriturum, SS. Sacramentis Ecclesiaz munitus, illis devotè & dispositè susceptis felicissimè obiit die 24. Octobris Anno Domini 1684. in Conventu Luceorienſi.

V. Pater Magister JOANNES BAPLISTA Kownacki *Numerus 174.*
ex eis S. Religioni vivere Anno Dni 1641. Luceoriz, Vir Apostolicus, plenus meritis & virtutibus Prior Conventus Luceorienſis factus, Pater plurimorum Filiorum, quorum reliqui usq; modo supervivunt Provinciaz utilissimi, extitit, & plura beneficia præstítit. Tandem seniō & laboribus fractus, placidi simè vitam, meritorum suorum temporalium, in æternam cōmutavit Anno Domini 1696. die 30. Januarij Luceoriz.

V. Pater Magister THOMAS ZWAN *Numerus 175.*
Conventū Luceorienſis fuit vir meritissimus, qui peractis lat laudabiliter studijs, cum profectu suorum Discipulorum, ac Functionibus in Sacris exedris, pro gloria Dei & Salute Fidelium, fuit Prior Luceorienſis, Pater Patrum Amantissimus, boni Communis ac religiosz obliuantiz zelosus, Pietatis & modestiaz cultor, omnium corda ad se devinciebat, multaq; exinde bona Conventui, sub suo felicissimo regimine charitativo, procuravit. Ejus mortem fraterna charitas deploravit, in cuius præsentia Animam suam Venerabili Communitatí Coram D:o, le commendaſ & Fratium orationibus ac suffragijs, illam Creatori suo in manus tradidit Anno Dni 1701. Luceoriz.

V. P. Magister VRBANUS BACHRYNOWSKI *Numerus 176.*
Conventū Luceorienſis, vir devotissimus, fuit Baccalaureus & Regens studij Generalis Cracovienſis laudatissimus, in suis functionibus dono Prædicationis dotatus, omnium corda ad

se trahebat. Prior dēmūm Luceorienſis factus; plura bona per respectum ſuum peculiarem apud Illimos Benefactores Paſlatinatū Volhyniæ Conventui procuravit & prætitit, quorum ſemper recens extat memoria, In hocce officio meritus Luceorii ibidemq; honorificentiffime ſepultus Anno. Domini 1711.

Numeros. V. Pater Magiſter AMBROSIUS KOZIELSKI Con-

ventūs Luceorienſis, magnorum in Religione meritorum, ex Collegio S. Thomæ Napoli ad Provinciam reverſus, ſuarum qualitatū Inſignium, monſtravit effectum, tūm in ſtudijs Formalibus Provinciæ noſtræ, Poſnanienſi, Luceorienſi tūm in ſtudio Generali Cracoviensi ſub tempore ſuorum officiorum Magiſtri Studentium, actualis Baccaulaurei ac Regentis vigilantiffimi, quæ, omni cum fructu multipli Discipulorum pro honore S. Religionis, & decore Provinciæ noſtræ, peregrinat laudatiffime.

Ter Prior ſui Nativi Conventū, bis Iaſovicenſis, & Vil- dimiriensis fuit, in his, ita omnium corda de vinciebat, ut Eum ſimul amarent, & timerent: Religioſe obſervantia, ſedulio in vigila bat, bonumq; commune promotebat & fo vebat.

Fecit quæ potuit ſub tempore Invasionis Sueticæ, multum fuit proficuus Conventui, nè gravaretur contributionibus, ſi gravaminoſis.

Factus Commissarius Generalis cum Authoritate Apoſtolica, in Provincia Russicæ, cum fulmo honore ibidem accepit omnia feliciffimè accommodavit, & ſui Commissariati, Rendmo Patri Magiſtro Generali Patri Antonino Cloche, ad approbadum translavit, Qui & conſirmavit. Tandem apoplexia tactus, in lingua & manu, piijſimè in Domino obdormivit Lu- ceoriz.

Numeros. V. Pater THOMAS ZALESKI Conventus Luceorienſis, per Apoſtolicum Breve Magiſter, creatus à p. m.

Benc.

BENEDICTO XIII. Summo Pontifice, Episcopus Bacoviensis in Valachia renunciatus: recepta expeditione Romanâ, post quatuor dies ad cœlestem properavit Coronam Cracoviz, ubi consecrari in Episcopum desiderabat. Secundò Anni sui Prioratu Conventus Luceorienis Anno Domini 1733. ibidemq; Cracoviz sepultus. Fuit vir magnorum talentorum & apud Principes in magno respectu. Post ejus mortem, nativus Conventus Luceorienis extitit Particeps ejus Fortunz, Patrimonij, & Insignium Episcopalium.

V. Pater Magister HYACINTHUS BARYCZKA Con. ^{Numero} ventus Varsaviensis, post completos varijs temporibus quatuor Prioratus, in nativo suo Conventu, in Capitulo Luceorieni Anno 1650. Provincialis electus, prudentissime in charitate, rexit Provinciam. Hic Basilicam Varlaviensem & Conventum muratum fecit, cum adminiculo sui Germani Fratris Illris, Magnifici Domini Alberti Baryczka, qui magna Eleemosynâ hanc Basilicam dotavit exhibitione suz propriz Fortunz gratioſiſſima. Quem pariter imitatus Filius Alberti Stanislaus Baryczka h̄res in Małocice & Kośnowo, Dapifer Palatinatus Czernensis & Secretarius S. R. Maj: statis amplissimè Refectorium, cum Bibliotheca supra ipsum extructa à fundamentis erexit, eidemq; Conventui annexit, & magnificientissime adornavit Anno Domini 1647. Qui omnes Speciales Benefactores Conventus Varsaviensis extitere. Tandem hic magnus Pater boni Communis Amantissimus & charitativus fratribus viribus in Senectute sua diem ultimum egit 27. Septembris, post terminatum Suum Officium Provincia latûs, Anno Domini 1650.

V. Pater Magister JOANNES DAMASCENUS Lu ^{Numero} bieniecki Conventus Varsaviensis, quondam in studio Generali Cracoviensi Ordinarius Baccalaureus & Regens studij vigi- ¹⁸⁹

lantissimus, postea Serenissimi Poloniarum Regis Joannis III Theologus, ac simul Prior ejusdem Conventus, Anno Domini 1691. Dein & Fundationis Eminentissimi p. m. Hieronymi Cassanetti S. R. E. Cardinalis Magister Theologus, hanc Prerogativam, circiter quinq; annis peragens, Româ in Poloniā reuersus, in negotio Processus virtutis ac Sanctitatis B. Ceslai condescendens, Lancuti ad Celebrationem Capituli Provinciae destinatam Anno Domini 1704. unanimi voto in Provincialem Polonię electus & Confirmatus sub hoc officio reassumppto, Vratislaviz promovit totum Processum Sanctitatis virtutis B. Ceslai, Eundemq; cum Celsissimo & Rndmo Episcopo Vratislaviensi ac Rndmo Capitulo terminavit & Beatificationem p. m. Clemente XI. Summo Pontificè obtinuit.

Post Provincialatum secundò Electus in Priorem Varsiensem, Anno Domini 1708 die 22. Martij, sui secundi Triennij anno tertio, ad Episcopatum Baccoviensem assumptus & consecratus, circa fermè quinq; annos sui Episcopatus, in Parochia Woju Provincie Podlachiae mortuus, sub tempore inenarrabilis pestis protunc ibidem grassantis. Corpus ejus inde evectum in Ecclesia nostra Varsavieni conditum est in capella SS. P. N. Dominici Kotoniciana dicta.

Hic Amantissimus Pater semper Boni Communis Amans fuit & Religiosz observantiz multaq; bona accumulavit Conventui Varsavieni, maximè Bibliothecam varijs libris, suis sumptibus comparatis ac de vestis ex Gallia Germania Italia non solum magno sumptu auxit atq; dotavit, omnemq; supellectilem suam & Insignia Episcopalia Conventui reliquit atq; Missale S. Pii V. Pontificis Romani, una cum ejus SS. Reliquijs donavit sepultus Varsaviz Anno Domini 1714.

Numerus V. Pater Magister de Lęzna, Conventus Lublinensis,
181. Vir magni ingenij, & eruditionis, charitatem cum zelo

Reli-

Religioso cōjungens, in officio Prōvincialatūs existens, pro manutenenda observantia Regulari plurimūm desu-dans. Tandem varijs infirmitatibus, ac senio fractus, pi-jissimè obiit Lublini, non sine magna opinione sanctitatis vitæ. Annô Domini 1620.

V. Pater Magister ALBERTUS SĘKOWSKI, Con ^{Numero} 182. ventus Lublinensis, ferventissimus Prædicator, utriusque SS Nominis Rosarij Promotor. Hunc propè octuagenarium, ad ultimæ vitæ suæ spiritū, non sine miraculis, in hoc Sancto opere desudante, Deiparæ Virginis Gloriosissimæ, gratia juvit. Nàm aliquoties Campana Rosariana, de Templo, à malignis spiritibus, extra muros Templi dejecta in tectis Templi, inventa fuit Multoties fossæ profundissimæ, ad ostium Templi apparētes, artibus antiqui hostis generis humani, ad impediendum tantam devotionem factæ, solo signo S. Crucis ejusdem Patris disparuerunt, & Frates, ac Sorores, Rosarium B M.V, ac S. Salvatoris Nostri JESU Christi, sine ullo impedimento reci-taverunt. Pientissimus hic Pater, primus introduxit publicam recitationem SSñi Rosarij in Rego Poloniæ Tandem in bona senectute, ad extremos dies veniens: plenus bonis operibus, ac vitæ sanctitate conspicuus, SS. Sacra-mentis Ecclesiæ, ritè devoteq; suscepitis, in opinione san-ctitatis apud omnes, prænunciato mortis suæ die, obdormivit octuagenarius Lublini. Annô Domini 1636, ibi-dem sepultus.

- Numero.** V. Pater Magister BERNARDUS PEGAZIUS, Cō.
183. ventus Lublinensis, vix parem ingenij sui habuit; coram Paulo V. Summo Pontifice, Romæ, pro toto honore Ordinis, de auxilijs disputavit, ab eodemq; Summo Pontifice, Laurea Doctorali insignitus; concordia Provinciæ, Primas, & Author fuit, obdormivit in Domino Lublini. Annô Domini 1628.
- Numero.** V. Pater Magister SAMUEL de Lublino, Vir magnæ Doctrinæ, & eruditionis, Regentis munere in studio Generali Cracoviensi, per quinquennium fuit, hoc peracto plurimos Libros edidit. Illustrationes in Ferrariensem in totam Philosophiam, ac totam Theologiam Moralem, in duos Tomos Casuū conscientiæ divisit &c. Fractus demum laboribus SS. Sacramentis Ecclesiæ devotissimè suscepit, obdormivit in Domino Lublini, Annô Domini 1642.
- Numero.** V. Pater Magister VALERIANUS GROCHOWSKI, Conventus Lublinensis, Vir magnæ Indolis, ac perspicacis ingenij, Laurea Doctorali obtenta, pro laboribus Scholasticis, factus Provincialis Poloniæ, quam prudenterissimè in observantia Religiosa rexerat, sectam nefandam Arianorum, publicis disputationibus saepius confundebat, plenus tandem bonis operibus, obdormivit in Domino Lublini 1644.
- Numero.** V. Pater Magister DOMINICUS SZANIAWSKI, Conventus Lublinensis, Vir planè Apostolici Doctoris, ferventissimus erat Prædicator Verbi Divini, zelo charitatis reli.

religionis, & humilitatis exemplō singulari enituit, pijs-
simè obdormivit in Domino Lublini. Annō Domini 1641.

V. Pater Magister HIERONYMUS MAKOWSKI, ^{Num. 187.}
Convētus Lublinensis, insignis Concionator, eloquentiā,
& facundiam naturalem, cum spiritu zeloso conjungens,
plurimos à Fide Catholica deviantes, ad gremium S. Ma-
tris Ecclesiarū perduxit, apud Principes, & Magnates, ma-
gno in honore semper habitus, pluraq; beneficia suo Con-
ventui accumulavit apud eosdem. Post tot igitur in vi-
nea Domini exantlatos labores, omnibus SS. Sacramentis
Ecclesiarū devotè suscep̄tis, obdormivit in Domino. Annō
Domini 1649.

V. Pater Magister JOANNE SCHRISOSTOMUS ^{Num. 188.}
POLEWICZ, Convētus Lublinensis, Vir magni inge-
nij, & doctrinæ, ab Urbano VIII. Summo Pontifice,
Provincia Poloniæ Provincialis institutus fuit, à Rñdmo
Patre Magistro Generali Ordinis, Patre Thoma Turco,
Hungariæ, Bohemiæ, Styriæ, Carinthiæ, Commissarius,
& Visitator Generalis, ex universa Theologia publicè Ro-
mæ Theses defendit. Plenus bonis operibus, obiit Lubli-
ni, Annō Domini 1652.

V. Pater Magister PAULUS RUSZELL, Conven ^{Num. 189.}
tus Lublinensis, Vir non minùs Doctrina, eruditione, &
sanctitate vitæ, celebris, atq; austeritate. In conscriben-
dis libris assiduus, Imaginem miraculosam B. M. V. quā
in sua Camera dñebat, semper devotissimè colens, per Eā,
plu-

plurimū quæ desiderabat, obtinebat. Carnes nunquā edit,
lineis nunquam usus, lectulus ejus, duri afferes.

Disciplinis ter in nocte, corpus suum affligebat, ut san-
gvinis rivi defluerent. Catenā ferrea lumbos præcinge-
bat, humili vel Altaris lapidi innixus, paululū quiescebat.

Sacrum Missæ sacrificium, non sine ejulatu, lachry-
misq; uberrimis absolvebat. Lampades omnes, tam cori
Venerabili Sacramento, SSma Cruce, in Dormitorio, quā
ad alia Altaria Ecclesiæ, nocte dieq; ardentia, de Oleo o-
livarum, ex pijs Fidelium Eleemosynis procurabat.

Edidit Librum intitulatum S. Hyacinthi Triumphui
in 4rto: & aliud in honorem SS. Crucis Lublini reliquiæ
per olim Andream Episcopum Kijoviensem, ex Primori-
bus Conventus Cracoviensis Filijs, prout inferius vide-
bitur, in serie Conventuū Provinciæ, cui Titulum dedit
Thesaurus inexhaustus, SSmæ Crucis utrumq; vernacula
lingua Polonica.

Istius Patris Pijssimi meminit Capitulum Provinci-
ale Lublini celebratum in Actis suis A. Dni 1659. ple-
nus bonis operibus, cum magna opinione sanctitatis obijt
Lublini, ætatis suæ sexagesimo quinto, Anno 1657.

Numero V. Pater Magister CESLAUS RACI, Conventus Lu-
190. blinensis, Vir Singularis doctrinæ & eruditio-
nis, inediâ, disciplinis, alijsq; mortificationibus carnem suam macera-
bat. Speculum observantiaz religiosæ, austeriorisq; eiusdē
existens, cùm plura ordinis munia felicissimè absolvisset,
Provin-

Provinciam Lithuaniae erigi curavit. Tandem sexennis post secundas Primitias supervivens, plenus dierum & operum honorum, cum Patribus suis obdormivit in Domino prope Nonagenarius Anno Domini 1670 die 17 Augusti Reliquit post mortem suam excellentissimos libros suonato Conventui, in diversis materijs.

V. Pater Magister FRANCISCUS GRABIECKI Conventus Lublinensis, Doctrinâ, Integritate morum, charitate fraterna conseruata observantia religiosa p[re]fulgens, cunctis fuit. Provincialis Poloniae factus, demum Commissarius Russiz. Trium Serenissimorum Regum Poloniae Joannis Casimirii, Michaelis & Joannis III fuit Theologus. Infatigabili p[re]tore, pro regulari observantia desudavit Tandem fractus laboribus, SS. Sacramentis Ecclesiae rite devoteq[ue]; susceptis migravit ad Dominum Anno Domini 1677. 4. Martij Lublini zatis sua sexagesimo tertio.

V. Pater Prædicator Generalis JOANNES DAMASCENUS Gostawski Conventus Lublinensis, utriusq[ue]; SS. Nomini Rolarii Promotor ferventissimus, mox Concionator Ordinarius zelofissimus, moribus, doctrina, & religione conspicuus, à Principibus & Magnatibus magno in honore habitus. Rosarium B. M. V. & SS. Nominis Iesu latino & Polonoico Jamate edidit, quo utuntur u[er]o q[ue] nunc magno cum fructu Fratres & Sorores Confraternitatis & omnes Christi fideles & multa alia Rosario præstitit. Hujus Patris cura & sollicitudine Theca aurea SS. Crucis fabricata est plenus deniq[ue]; operibus bonis obdormivit in Domino Lublini Anno Domini 1656.

V. Pater Magister STEPHANUS PRZYBYŁO Conventus Lublinensis, vitz austernitate ac moribus bonis omnibus conspicuus fuerat, piissime vivens, Sancte ac pie obdormivit in Domino Lublini.

Numero

V. Pater DOMINICUS LASKOWSKI Sacerdos devotissimus, vita integritate, moribus religiosis & devotione notabilis. Hic sibi gratiam finalem promeruit, agonizanti enim, juxta morem Religionis nostrę dum adferebatur Imago Christi Domini Crucifixi & collocaretur juxta lectum suum, defixis in eam luminibus, jam jam agonizans, præ intensione contradictionis, quasi extra le raptus, & totaliter viribus destitutus, de lecto exilijs, & fortissime Crucem amplexus, ad geniculatus cruci, obortis lachrymis, animam suam Redemptori suo redidit. In Conventu Ianoviensi in Lithuania.

Numero

V. Pater Magister CASIMIRUS LEZYNSKI Conversus Lublinensis, fuit ac si speculum Sanctimoniaz & Pietatis exemplar, Convertus Lublinensis aliquoties Prior, Sacrarum Legum Nostrarum obseruantiam, curæ suæ subiectis, semper commendavit ac manutenevit. Provincialis postea Poloniz sermonibus, sanis Consilijs, ac Encyclicis Literis suis, & charitatis operibus, pro bono regimine Provinciaz suæ seipsum impendebat.

Magnō affectu in Dei param Virginem ac Christi Domini Crucifixi ferebatur, ita ut, nulla de re jacundius Verba faceret! eratq; in Laudibus Mariaz ita disertus, ut ad ejas cultum omnes vehementer accenderet, & ad recolenda Mysteria Passionis Dominicaz, animarum zelo vehementer accensus, eorum saluti procurandz, se omnibus modis impendebat, Tandem laboribus fractus septuagenarius obdormivit in Domino Lublini.

Numero

V. Pater Magister VINCENTIUS KULESZA, Conversus Lublinensis. Vir omni encomiō major, qui omni genere virtutum decoratus, ad officium Provincialis Poloniæ assumpitus, majorum suorum virtutem, pro ornamento gloriz habuit, pacifice cum omni debita Legum Nostrarum manutenen-

331

nentia, suum terminavit Regimen suavissimum, qui meritis
et defessus, non etati sua, sed pietati ac gloria vixit & placidi-
sum in suo Nativio Conventu obdormivit in Domino.

V. Pater Magister CASIMIRUS KORCZEWSKI Con. ^{Numero} 197.
ventus Lublinensis, ingressus Ordinem nostrum, dum studijs
& literis incumbebat, nihil praetermisit eorum quæ ad accur-
sorem disciplinæ regularis custodiam pertinent, quæ etiam
in Conventu suo nativo, ac in alijs quibus praefuerat, ut reflo-
resceret plurimum laboravit. Post terminatum officium Pro-
vincialatus pro Dominica qui errantibus, P. Magistri Vin-
centij Kulesza, datus est per Rudrum Prem Magistrum Ge-
neralem Ordinis Prem Antoninum Cloche Commissarius Ge-
neralis Provincie Polonie, ac Visitator, cui Officio praefuit
usq; ad Festum exaltationis S. Crucis electionis Novi Provin-
cialis, eximia charitate præditus, ardenti zelo, in desidibus cor-
rigendis, exterisq; in Officio continendis, semper acerrimus
& eti magnopere in Officijs suis occupabatur, multum tamen
temporis, in oratione, meditatione, ac alijs pijs religiosisq; e-
xercitationibus, impendebat, in quibus ad mortem usq; per-
severavit, quam latenter exceptit Lublini.

V. Pater Magister RAYMUNDUS STOINSKI Con. ^{Numero} 198.
ventus Luolinensis, fuit vir omnium virtutum gloria cumula-
tus. Amore in Deum & Proximos flagranti, ac etiolas Pieta-
tis & religionis studio ardentissimo animi magnitudine, scien-
tia & prudentia singulari, inomnes partes intenta vigilancia,
alijsq; tam multis, tam eximijs animi dotibus instructus, ut pa-
xes suo ævo, habuerit paucos.

Prior sui nativi Conventus factus, bonum Commune pro-
movit, & sacram observantiam, multaque bona Conventui ac-
cumulavit. Conventum Brestensem in Lithuania, sua exem-
plari vita erexit, per duas Fundatrices olim Acatholicas, quas

Ille, Ecclesiaz Sanctaz Dei aggregavit in optimoq; statu hunc
ce Conuentum Brestensem reliquit prout adnotatur infra, in
huj Conventus erectione. Propositi sui tenax, religiosz virtz
consuetudinem, in Sacris exercitationibus, jugiq; terum ater-
narum contemplatione; reliquum temporis virtz suz consum-
psit, vitamq; sic religiosissime obitam, mors comparatissima
excepit in Conventu Lublinensi.

- Numerus** V. Pater Magister JOANNES PALUS JEZIERSKI
399. Conventus Lublinensis, vir magnarum virtutum & Pruden-
tiaz ac discretionis, verè Pater amantissimus.

Electus Provincialis Poloniæ in capitulo Torunensi, post
exaltatos labores Scholaticos in utroq; studio Generali Pro-
vinciaz magno cum fructu Discipulorum, prudentissime Pro-
vinciam in charitate & religiosa observautia rexit. Suo Nati-
vo Conventui multa bona adhuc in vita præstuit, & post mor-
tem ex suo Patrimonio eidem reliquit, Cessit fatis, victurus
gloriz immarcescibili in Conventu Bełzeensi, in actuallio officio
sui Prioratus

- Numerus** V. Pater Magister Candidus FAGOROWSKI Conve-
200. tus Cracoviensis, annis in juvenilibus canescente morum &
scientiaz profectu, post terminatos scholasticos labores Ma-
gister Theologiaz euasit meritissimus, Præfuit pluri-s, nativo-
Conventui Cracoviensi, demum Varsavieensi, in quo munere
non potestate dominaente, sed charitate se felicem exhibet,
euocatis Fratribus, studuit: quam ob causam, veri Patris No-
men afferens.

Proiectoris ætatis annum agens, nunquam absuit die
oœstuq; officio Divino in choro, cum alijs Fratribus recitans.
Fuit itidem vir devotissimus B. M. V. & SS. Patrinostro Domi-
nico, cunctos ad hanc devotionem, & alias virtutes amplecten-
das alliciens & animans.

Pru.

Prudentiā ad res agendas, & tractandas, vītu vītu & experientiā
præstans: bono communī, in propuliāndis injurijs, Conventū
factis, acerrimus D: fensor. Tandem seniō & laboribus conse-
ctus, prop̄e octuagenarius pīissimē obdormivit in Domīo Crā-
coviā.

V. Pater GEORGIUS BOROWSKI Magister Conven-
tū Siradiensis, hic ex suo Patrimonio, in scripsit suo Convento Si-
radiensi, summam mille quingentorum octuaginta floren-
rum. Boni communis amansissimus Pater fuit, ac Religioz
observantiz Propagator. Suo exempli & plurimos Religioni
Sacerz a scripsit, & prop̄e octuagenarius, obdormivit in Domi-
no Siradiz.

V. Pater GEORGIUS GASZYNSKIS, Th. Lector, Con-
ventus Siradiensis, qui terminatis suis Præelectionibus in Con-
ventu Varsaviensi, factus Prior Siradiensis, multa Bona Suo
Conveatui, sua activitate & dexteritate procuravit, & Sum-
mam mille florenorum Polonicalium ex suo Patrimonio Cō-
ventui inscripsit. Tandem multis laboribus fractus, tūm in sa-
cris exedris, tūm in æconomicis, mortuus Siradiæ Anno De-
cimi. 1660.

V. Pater Prædicator Generalis ANDREAS ŁYSZKIE-
WICZ Conventus Siradiensis, fuit in hocce Conventu ali-
quoties Prior, & ex suo Patrimonio & labore proprio, pro
Concionatore Ordinario Summam mille florenorum Polonica
alium ex centu annuo, auxit & obligavit. Vir modestus & e-
xemplaris.

V. Pater NICOLAUS PIASKOWSKI Conventus Sira-
diensis, hic derelinquendo omnia bona sua in manibus Paren-
tum suorum, nostram Religionem ingressus, omnia munia si-
bi commissa, exactissimē obibat. B. M. V. dévotissimus fuit.
Parentum suorum demulcens affectum Villam Piaski, suam

hæreditariam, eidem & toti Conventui, inscripserunt; dona-
runt ac resignarunt cum omnibus attinentijs, Moritur tandem
Siradiæ vir optimus & religiosus Anno Domini 1699.

Numerus 205. V. Pater LAURENTIUS SWIECKI Prædicator Genera-

lis, hic sub tempus lui Prioratus Siradiensis, Divinæ Providen-
tiæ confitit, post conflagrationem sui nativi Conventū & Ec-
clesiæ, ex Piorum Benefactorum eleemosynis, à fundamentis
primum Chorū Ecclesiæ extruxit.

Suo bono exemplo, plures ad Sacram Religionem attri-
xit. Super nudos asperes cubabat, sacco scabroso & piloso, lo-
co indusij utebatur carnibus nunquam usus, solis leguminosi-
bus contentus. Tribus diebus per septimanam j junans, in
pane & aqua: mortuus est Siradiæ Anno Domini 1709.

Numerus 206. V. Pater Prædicator GWAŁECKI WALERIANUS Co-

ventus Luceorien sis, sacerdotio ac Initiatus, Sacrae Prædicatio-
ni admotus fuit, cui operam dabant quo ad vixerat, cum copi-
osa animarum fruge indiversis Conventibus Provinciæ No-
stræ; & cum hac Proximorum Curâ, ita orationis studium co-
junxit, ut assiduâ Dei Præsentia & consuetudine frui videtur.
Hinc Deo placens, vitâ exemplari fulgens, plenus meri-
tis, animam placidissimè Deo consecravit Luceoriz Anno Do-
mini 1686.

Numerus 207. V. Pater Prædicator Generalis ANTONIUS BOREY.

KO Conventū Luceorien sis post expletum studiorum cur-
culum, Vir austерitate vitæ & animarum zelo plenus, Deipa-
ræ Virginis SS. Rosarij devotissimus, In sermonibus suis, omne
vanum & non planum respuens, animarum Deo lucrardarum
zelum ardenter, semper præ oculis habuit & Salutari in con-
fessionibus Sacramentalibus consilio, ad emendationem vitæ,
plurimos reduxit, plenus bonis operibus ac meritis, obdormi-
vit in Domino Luccoriz Anno Domini 1698.

Convento Luceorien sis, magno affectu in Dei param Virgi-
nem semper seruens, nulla de re, jucundius verba facere soli-
tu, quām de laudibus ejus: ita ut ad ejus Cultum, omnes ve-
hementer accenderet, Promotor exinde SS. Rosarij factus, in
suo nativo Conventu Luceorien si, ad ipsam usq; mortem, in-
defesse ac zelose, hoc tenuit Officium vitāq; suā exemplari,
cunctis præbat.

De Consensu Suorum Superiorum, ex Patrimonio Pro-
prio, fecit fundationem pro Musicis, qui, de mane, meridie &
de vespere, gloriosissimam MARIAM Virginem, in Instru-
mentis Musicalibus salutarent ex sua activitate, pro Honore
Dei, & Altaris B. M. V. docore, apud varios Benefactores,
plura comparavit pro decore totius Ecclesiaz & sacristiz. Tan-
sericulus propè octuagenarius laboribus fractus, placidissime
obdormivit in Domino Luceoriz Anno Domini 1724.

V. Pater Præsentatus JOANNES Baptista Jurewicz Con-
ventus Luceorien sis, emenso magna cum Laude & Discipu-^{Numerus}
lorum utilitate ac profectu, in suo nativo Conventu Luceori-
ensi, Philosophico ac Theologico cursu, ad procurandam Salu-
tem animarum, totum se se convertit: eoq; in munere tam
Sancte & feruide verlatus, ut in varijs Conventibus Provin-
ciz & suo nativo Conventu prædicans verbum Dei, incredi-
bili zelō, & pari Animarum emolumento, cunctis foret.

Prior postea Luceorien sis factus, omnium ferè Senatorū
Palatinatus Volhyniaz, corda ad se traxit, in magnoq; respe-
ctu, semper habitus fuit.

Religiosam observantiam, quam semper coluit, illius, in
omnibus vigilanssimus Custos, Bonum commune auxit &
conseruavit: pluraq; pro decore Ecclesiaz, apud Benefactores
procuravit,

Laureâ Baccalaurei adepta, prô meritis et laboribus suis,
Scholasticis, iotra aliquot Menses, infirmitate gravi pressus,
omnibus SS. Sacramentis munitus, animam suam Deo servi-
de commendans, coram collachrymantibus Patribus ac Fra-
tribus, placidissimè obdormivit in Domino Luceorū.

Numerus V. Pater Prædictor Generalis JUSTUS GLISZCZYŃSKI

Numerus SKI Conventū Varsaviensis, Vir B. M. V. devotus, cultus Di-
vini in choro cum Fratribus persoluendi, zelosissimus Custos
sub tempore sui officij Superioris. Pluribus Cœnobijis, summa
cum Prudentia & charitatis Laude, nec non religioz obler-
vantiz incremento cunctis profuit. Postea per octodecim cir-
citer annos, in Conventu Varsaviensi Superior, quod officium
indefessè tenuit, in charitate & concordia Fratrum.

Etlicet alijs rebus, magnopere occupatus fuerat, multi-
tamen temporis, alijs pijs ac religiosis exercitationibus impa-
debat: in quibus usq; ad ipsam mortem perseveravit, qua-
in concursu omnium Patrum ac Fratrum, quos summè, humil-
limè deprecabatur, latus aspexit, die 21. Decembris Anno Da-
minī 1741. in Conventu Varsaviensi.

Numerus V. Pater Magister MARTINUS BOROVİUS Conven-

Numerus tus Torunensis. Fuit Instituti nostri servatus, Doctri-
211. eximus, & charitate præstantior, nam martyres & afflitos
amagittissimè consolabatur, Infirmis jugiter assistebat, omnino
& Consiliō egentes juvabat.

Provincialis Poloniæ his factus, hanc, prudenter, sit
in amore Fraterno, ritus Regularis observans. Plura
Bona præstitit suo nativo Conventui, atq; ex mojori Parte,
huncce Conventum erexit, & Ecclesiam Apparamentis con-
decoravit. Cessit fatis suorum laborum dignam reportatus
mercedem; in Conventu Torunensi sepultus, quietus.

Numerus V. Pater Magister THOMAS MOZDZIANOWSKI
Numerus Con-

Covētus Torunēsis Ex Hispānicis studijs redux, ubi magnā ubi cōparaverat scientiam, hanc Discipulis suiscommunicavit. Et dūm studijs sacrarum Literarum, operam dabat: quam, ut disceret, suam, ad Dei voluntatem accommodare, atq; animum ab omni caducarum rerum cupiditate, longè auocare curavit. Infirmitate gravissima pressus, omnibus SS. Sacramentis Ecclesiz devotissimē suscepis, placide, animam suam, Creatori suo, in manus tradidit in Conventu Torunensi.

V. Pater Magister DIONYSIUS MOZDZIANOWSKI

Conventus Torunensis, vir magaz Prudentiaz & dexteritatis, ^{Numero:}
post terminatos laudabiliter scholasticos labores, varijs p̄fū-^{213.}
it Conventibus Provinciæ nostræ, Culicæ, Torunij, & Varsaviæ,
septimō post Mensem sui Prioratus Varsaviensis, gravi
morbo correptus, hoc patientissimē tolerato, omium Fra-
strum se commendas orationibus, obdormivit in Domino se-
pultusq; Varsaviæ.

V. Pater Magister ALBERTUS REPTOWSKI Conven-
tus Torunensis, fuit omnium Amantissimus Pater, post expli-
cos labores scholasticos in studio Generali Varsaviensi, cum ma-
gno profectu Suorum Discipulorum, fuit aliquoties Prior in
suo Nativō Conventu, multaq; Bona eidem p̄st̄tit, ac post
mortem suam plura reliquit. Tandem senio & laboribus la-
cessitus, Sanctissimè vivens, Sanctam Sancte terminavit vitam
in Conventu suo nativo Torunensi.

V. Pater Præsentatus GREGORIUS PERKOWSKI Con-
ventus Torunensis, præclaris animi dotibus ornatus, profun-
dissimam scientiam de Divinis, sub tempus sui Professoratus in
studio Formali Posnaniensi, ingeniosissime perdocuit, Polthæc
in varijs Conventibus Posnaniæ munus Prioris præclare exer-
cens, in charitate & obseruantia religiosa, Cummunitatem

fovebat: demum in Nativō suo Conventu Toruensi factus Prior, infirmitate sciaticā pressus, omnibus Ecclesiā SS. Sacramentis devotissime suscep̄tis, valedicens Fratribus, ejus mortem deplorantibus, pijssime obijt Thorunij in hocce officio.

Numerus V. Pater Magister AMBROSIUS GLINKIEWICZ Con-

216. ventus Posnaniensis post terminatos sat laudabiliter scholasticos labores, in studijs Formalibus Posnaniensi & Lublinensi, se totum animarum saluti exhibens, Prædicationis munus amplexatus est, tum insuo nativo Conventu Posnaniensi, tum Lublini ad Tribunal Regni, ac taudem Famā ejus eloquentia permotus senatus Cracoviensis, eundem sibi in Concionatorum Ordinarium in Ecclesia Archi Presbyterali B. M. V. in circulo Cracoviensi elegerat, ubi Taleatis sibi a Deo datis sparsit semina per annos circiter sexdecim. Ab ore ejus Fons vita videratur emanare, quoties de Prædicatorio Palpito, effundebat Populo, æviternz salutis flumina, ad extinguendam situm muudi contemptibilis, quâ, sic extinctâ, accenderet in hominibus Læsideria Cœli, & ardores excitaret seraphicos.

Intra hoc spatium fuit electus Prior Posnaniensis, at videns se magis proficuum saluti animalium, quam praesse Communauté numerosaz, sponte & libere huic officio resignavit & munus Prædicatorium, iterum Cracoviz reassumpit & continuavit. Tandem gravi Infirmitate & laboribus fractus, pro honore S. Religionis & decore nativi sui Conventus Polnaniensis, ibidem Cracoviz pijssime obijt & sepelitur.

Hil Omnes.

Fuerunt Viri glorioli, quorum vestigijs ioh̄zrere necesse, Nomina autem Eorum, in generatione & generationem. Nos autem uti superstites adhuc ī hoc medio seculi, horum Venerabilium ac Piorum virorum, sequi vestigia ut valeamus normam vere auream, à SSmo Patriarcha Dominico Patre No stro

bro Fratribus nostris Provinciæ Poloniæ prescriptam; Apostolicò certè spiritu dictatam epistolam, dignum est ut nostris quoq; oculis semper conspiciamus quam sequentem insero, ad Sanctissimum Plantatorem Provinciæ nostræ Poloniæ & Conservatorem, Divum inquam Hyacinthum prius brevem prestationem præmittens, sequentibus versibus.

Hyacinthe, immensô, Major virtutibus, Orbe,

Cælicolûm Sanctis, adnumerare chorus,

Aspicie Nos, precibusq; tuis, defende Polonus.

Ne Stygij fiant, præda cruenta Ducis.

Da, Tua curramus celeri, Vestigia, Passu.

Ut simus Regni, Pars quatacunq; Dei.

Hzc mea, Sancte Pater, trepidantia suscipe Vota

Pestiferz mortis, tolle pericla precor.

Copia Literarum,

SS. Patris Nostri Dominici, ad Provinciam eundemq; ^{Numero}

Fratres Nostros Provinciæ Poloniæ ex vetustissimis Provinciæ ^{217.}
Annalibus.

deprompta.

Filijs & Fratribus, in Christo charissimis universis, Poribus, in Conventibus Ordinis Prædicatorum per Provinciam Poloniæ constitutis.

Frater Dominiens, Servus humilis, in consolatione SS. Spiritus, Gaudium & Salutem.

Quotidiana, de omnium vestrum profectu salute soliciti, & frequenti Vos exhortatione admonere consueti, Ecce iterum celebrato, Capitulo Generali, quasi annum nostræ literitatis tributum, Vestre Charitati rependimus, charitatis debitum in hoc exsolendum: Quod, quanto magis soluimus, plus debemus. Itaq; Fratres mei desideratissimi, & Dilectissimi, Gaudium & Lætitia cordis mei, per Dei misericordiam ob-

secramus, ac pēr charitatem SS. Spiritū, cōtestamur, ut in-
 ter mundanas varietates, & fluctus fere Maris, in quibus re-
 proborum confusiones, ut cernitis, depropuntur, vos qui ad
 vitam Religionis, Dei spirante gratiā, contugistis ad Portum
 cœlestis Patriæ, inde continuis desiderijs & indefessis laboribus
 contendatis intumescentes adversitatum procellas, & tenta-
 tionum varias tempestates, magna Fide calcandas, & ad Chri-
 stum, Potestati maris Dominantem, & motum fluctuum ejus
 mitigantem, confidenter & alacriter properantes, festinate
 Charissimi ingredi in requiem, qui alios festinare monetis, e-
 stote vigilantes, qui alios ad vigilantiam excitatis estote omni
 puritate & sanctitate conspicui, qui Fideles ad Sanctimoniam
 invitatis: calceati pedes, in præparationem Evangelij, estote
 Fraterna charitate concordes, Humilitatis vero & obedientie
 Dei Patris Filio, vos exhibete conformes, ut Angelicum Ve-
 stræ Professionis officium, condignis actibus honoratis, qui in
 salutis humanæ officium missi estis. Divinis aspectibus, in o-
 mui loco, reverenter assitite, & Proxiñorū ædificationi,
 deliter ministrare ut ignitō Prædicationis eloquio, & Salutari
 in confessionibus consiliis, abundare possitis. Scripturas Divi-
 nitatis inspiratas, & Legem Domini immaculatam, converte-
 tem Animas, audiendo, meditando, scrutando se eterni stu-
 dio semper utilium insistentes, & curiositatibus dispendium, evi-
 tantes. Et quoniam linguam Vestræ, Sacratissimis eloquii
 coatecata, decet exhibere charitatis, non vanitatis offici-
 um, sermo Vester sit semper lale conditus, ut det gratiam a-
 udientibus, & relumpta censurā silentij, quæ jam minus ceve-
 renter & patenter, à quibusdam vestrum noscitur esse proje-
 sta, argentum Vestrum & aurum coflate, verbis vestris la-
 teram justam facite, & frænos vestros rectos imponite orive
 vero. Sic vobis sermo vivus & efficax, omne vanum & non pla-
 num

141

sum respuens, & lingua placabilis, signum vitæ Verbum Sia
Eum & irreprehensible, quod adversarius reveratur, quo
adseritur Proximus & Gloria Dei dilatetur.

Ferut in cordibus vestris, Animarum Deo iuerandam,
zelus ardens & acutus, quem regat ratio, dirigat discre-
lio, temperet converratio mansveta.

Et quoniam Vos, in eminenti speculo constitutos, oculi
maltorum conspiciunt, & à Vobis, magis virtutum exempla
requirunt, quam oroamenta sermonis, mittamus manum ad-
sortia, digitis myrram probatissimam distillantes, rigorem
in operibus, perseverantiam in adversitatibus, exhibentes ut
per patientiam & consolationem Scripturarum, spe concepta
Cælestium, securâ mente, convivium prægustemus in terris,
quo Nobis est, in æternitatis abundantia perfruendum Va-
lete & vigeat Fraternoitas Vestra in Domino Nostro JESU
Christo, meq; inutilem servum, cum socijs habete Vestris in
Orationibus commendatum.

Hæc Norma

Proficiendi & non deficiendi, veris aureis Literis exara-
da, cordibus uniuscujusq; Nostræ insculpatur, & præ oculis
semper habenda.

Alteram Copiam.

Exhortationis D. HYACINTHI Plantatoris Provinciæ
Nostræ Poloniae, in extrema sua infirmitate habitam ad Fra.
Numer.
tres Nostræ Provinciæ permodum Testamenti reliquam Cra-
covia in Conventu SS. Trinitatis intero, quam, Patri Benedi-
cto Priori, Cracoviensi, Patri Boguslao Suppriori, Patri Hie-
ronymo ac Patri Joanni Zarichio Lectori, una cum alijs Fratri-
bus, reliquit promulgandam roti Provinciæ, in hunc modum
hanc Eundem visitantibus & ad statibns.

Dolorem, quem ex meo à Vobis recessu sustinetis, gra-

vem esse, non possum diffiteri, Patris, & Filiorum affectum,
quales Vos habni, quis nescit? Concedendum est natura, jam
estate & Laboribus detritis: quo me Auctor vita melioris vo-
cavit ad aliam. Quod autem religionem, Pietatem & cœlestium
studium, ex meo haustas virtutes pectori, attinet; fateri ne-
cessere habeo, vos dignos esse lumina lante, dignos pro co-
pioso, laborum fructu, si tamen semel à Me acceptam vivendi
normam non reliqueritis, vel flagitijs quot absit turpiter con-
taginaveritis,

Quamobrem illud à Vobis, majorem in modum requiro,
non modo peccatis, verum & occasionibus peccandi viam pre-
cludite: quinimò summâ contentione, ad virtutem arduam
admitamini; & ubi labor & difficultas vel obex, se te vestro cur-
sui, ad Cœlestia objecorit, non ipsam etiam mortem fugiatis,
Causâ religionis & Pietatis conceperit.

Magna est, scio, Vos nouelle Institutioni lubenti ani-
mo formandos subdidisse, præclarus tamen erit, juxta Pro-
fessam, virtutum Ideam, omnia improba, studio, toto coram
pervincere: Vitam autem & Salutem, ob Pietatis cultum, in
apertum periculum offerre, quia supremæ constantiæ eit con-
dus, Summos Vobis, promerebitur honores.

Ob oculos Vestros, delineatam Patriarchæ Nostri D. Pa-
tris Dominici, vitam contemplemini; contemplemini, & am-
plissima illa Regai Cœlestis præmia, quæ Vobis parata sunt;
hoc studium virtutis, indefesso pede decurrentibus; aspicias
tem & in Auctorem & in finem felicissimum, pergit, quo cr-
pistis animo, ad summum Sanctitatis culmen.

Inter cetera, quæ à Patre Nostro Dominico relictæ, accepi-
mus, hæc ego quoq; Vobis, in sempiternum memoriale, relin-
quo. Humilitatem servate, charitatem mutuam habete, pa-
upertatem voluntariam possidete, Virginitatis & Castimoniz

Decus, illibato corde & corpore custodite. Proximorum saluti curandæ invigilate, Religionis novellæ amplificandæ, studio vacate Christianæ Fidei & Virtutis, inter Gentes barbaras, & peruvicaces propagandæ causâ, nulli labori subtrahite Vos, etiam in mortes ab efferatis, Vobis objectas, pro Christi Gloria, proq; animalium pereuntium Salute, ob aixo pectori eite ruite & hoc est Testamentum æternæ hereditatis.

Caterum quod Vestrum dolorem attinet, Nolite Filij Charissimi, here super me: componere vultum & animum, ad Patrem meum & Vestrum, crastinâ die, eodem me vocante, transito: non ad strictum, aut horrendum Judicem, Gaudere potius, & tecum congratulamini, quod mihi vivere Christus est, & mori lucrum & hoc quidem ingens. Pro peritoris enim, & fluxis rebus, quas vel contempti, vel infra patientia pertulit ornamenta verarum divitiarum, affluentissimas bonorum delicias, semper eternamq; felicitatem, nullo unquam temporis momento dissipandam ingredior.

Faustum mihi illuo diem, quo mundo, Nuncium remisi. Voluptatem ego non ingentem capio, quod olim D. Dominici me, Disciplinæ dederim quod alperam & incultam, secutus fuerim virtutis viam, & quod ab ea, per Dei Gratiam, nulla laborum magnitudine, aut acerbitate dolorum, depelli potuerim.

Felicissimas illas horas, quibus Ego, in iniurijs patiens, fortis in periculis, diligentior in cultu Religionis, vigilans in mei custodia, inflammatus in Dei amore extiti. Beatas cathedras quibus praecinctus, ad veram libertatem evolo, dissoluti jam cupio, & esse cum Christo.

Quodsi Vobis magis, quam mihi timetis? aqniore animo estote, mea tantum vestigia impressa sequimini; ego ex isto corporis, miserrimo carcere, Divinæ Voluntatis nutu, expeditus

ditus; cum ea libertate ac felicitate fruar, quam nulla unquam
temporis circum scriptio, metietur, ex Altissimo Calorum Do-
micio, ubi Fidei remoto & retracto velo, cum incredibili
gaudio, Deum presentem intuebor, tanto melius vobis, qui
in terra morabitini, potero opitulari, quanto post obitum,
cum illo perenni bonorum Fonte, conjunctior ero Interim
Benedictio Dei Omnipotentis, descendat super Domum istam,
& Provinciam universam, atq; omnes habitantes in ea, & ma-
neat in sempiternum Amen.

DEO & Ejus Sacro Sanctæ Virgini Matri Mariz commen-
datos Vos esse cupio, Filij mei Dilectissimi Illachrymatus su-
per ejulantes Fratres, eos ad osculum sacrum admisit.

Magno & intolerando dolore discruciantur Fratres, ex
eius futuro obitu, quod viderent Poloniæ Decus, & Orbis ter-
rarum clarissimum lumen extingui, Terris eripi, cœlestibus
reddi: totum illum diem, & per subsequentem noctem obli-
vabant Virum Sanctum. Ab ejus latere & pedibus, nulla re-
tione se divelli patiebantur, omnes osculabuntur Sacras ma-
nus, omnes, Verbum aliquod Salutis ex Ipsius Ore audire
nonnulli beneficia à D. O. M. per ejus merita obtinere pete-
bant. Singuli circumstantes, ex vultu ipsius penduli, quid de-
sideraret, quid vel saltim indueret, advertebant.

Pietatem & in Patre, & in Alijs tantam, cui nullum ver-
bum par inveniri potest, erat videlicet dum Iste obsequerentur.
Ille obsequia beneficijs Cœlestibus se relaturum spondebat.

Quod autem supererat illi ejus diei, à cohortatione Fra-
trum, toto Divino Cultui, Precibusq; tum ordinarijs incho-
to, tum privatis in secreto impendit, se, suosq; tutelæ Vir-
ginez, cujs Festivitas instabat, ardeatissima oratione insor-
ans & devovens.

Hæc Pia Sermonis exhortatio

D.

D. HYACINTHI Plantatoris Provinciæ Nostræ quantum moverit animos Fratrum nostrorum Provinciæ Nostræ, videre licebit N. Sequenti 219. Qui omnes & singuli sibi spoponterunt Societatem Peregrinantium, ad uniendo S. Romanæ Ecclesiæ Schismaticos & barbaras Gentes ad Fidem Catholicam convertendas, ut ejusdem SS. Plantatoris Provinciæ, Testamentum ubi relictum ad amissum exequerentur.

Fratribus ex Provincia Poloniæ, jam à temporibus S. Hyacinthi, nimirum Anno Domini 1222. inter Gentes peregrinantibus, exemplo eorum pellecti Prælati aliorum Provinciarum, vires suas, illorum viribus conjungebant: Fratresq; suæ curæ subiectos, bis, adjungebant Coadjutores, Qui eadem fiducia & constatitiâ, una cum Poloniæ Fratribus, Verbum vix, annunciant Gentibus multosq; & uberes fructus Evangelij, referebant laborum suorum, lucratas, scilicet Animas Creatori & Redemptori Deo.

Hi ergo inter Infideles multiplicati, quo in unum quasi corpus coalescerent; ut facilius ab immediato aliquo Præside suo, dirigerentur, & acrius ad opus hoc Sanctum, inflammarentur.

JOANNI XXII Pontifici Maximo supplicarunt, ut vellet eos, in unam Societatem redigere, Vicariumq; aliquem Generalem præficere: cuius operâ & sollicitudine, huic unicuræ incumbenter, ut Gentiles, possint à tetra caligine Idolatriæ, ad veritatis lucem traducere.

Id munus, injunxit Præfatus summus Pontifex Magistro Generali Totius Ordinis Rndmo Patri Hugoni Campano, per Literas datas Anno Domini 1324. Quarum Initium, Gratias agimus &c: ut præfatum Vicarium, super Fratres peregrinantes possit instituere, & cum necesse esset destituere: hocq; Anno originem habuit in Ordine nostro, Societas Peregrinanti;

T
um

um inter Gentes. Hæc Societas Peregrinantium, nullos Conventus, sibi specialiter designatos, sicut nec certum numerum Fratrum sibi assignatum habebat: cum Provinciales diversarum Provinciarum, juxta informationem Vicarij Generalis, ex ordinatione Capituli Generalis Ruinionensis Anno Dni. 1333. Eadem Societati fratres subministrarent, qui ad illos Conventus, tam quo ad suffragia ferenda in Electionibus, quam ad suffragia mortuorum, quæ solent in Ordine nostro recitari, uti Missa Plateria Rosaria, & id genus alia Officia, pro Anima Defuncti Fratris, Conventui alicui assignati vel in eo recepti, capessenda & participanda, ex prescripto Constitutionem spectabant, atq; ad eos, fessi ex labore, remittebantur, ex quibus assumebantur.

Tandem Anno Dni. 1378: Gregorio IX. Summo Pontifice, & Magistro Generali Ordinis Helia disponentibus decem Conventus, à tribus Provincijs, nempe à Provincia Polonia Leopoliensem, Camenecensem, & Smotricensem. A Provincia Hungaricæ, Cerecensem, Pansutensem, Primicellensem, & Provincia Graecæ Chienensem, Caphensem, Traoseputinum & Pazyæ mutuo concessi eidem Societati Peregrinantium decreti sunt: eo fine, ut ad hos Conventus, sive infirmitate dejecti, sive labore defatigati, vel senio confecti fratres, tanquam sub unibonem configerent.

Deinde ut longius ab oculis Pastorum suorum evolantes ijdæm, facilitiore via & ordine in claustris proximioribus officijs sui à Vicario admoverentur, & ne quis rerum tunc & eo modo gestarum fidem somnijs suis eleuet: Post Annū igitur Dominicæ Incarnationis 1378. & ultra, tres illi Conventus Provinciarum Poloniae Societati Peregrinantium, adjungi cœperunt, mutua concessione Provincialis Poloniae, prout Diploma Permissoriu[m] Gregorij XI. Pontificis Maximi, Romæ quinto Calendæ Febr.

Fehr. Pontificatus ejus Anno octavo, Cujus initium est Super
enclitio desiderabilia &c. obloquitur.

Initio initia hujus Societatis junctis viribus, Fratres illi, indefesso labore, Fidei Christianæ Vexilla ad longe dissitas barbarorum Provincias & Regna intulerunt, multas, easq; efferas Gentes, Christi jugo subdiderunt suoq; sanguine abunde pro Christi Nominе fuso, plurimos Ecclesiarum Filios feliciter pepererant. acta eorum omnium, tempore interierunt, ionumerabiles Fratres ex diversis Provinceis submissos illum laborem subiisse, conjectura est, quod iisdem Peregrinantes, disjuncti postmodum essent, in eos, quos vocabant Unitos & Armenos, quibus ad Instantiam Patris Ludovici Pisani, Vicarij ab Eugenio IV. summo Pontifice, nonnullæ concessæ fuerunt gratia per Literas Florentiaz datas Anno 1439. pridie Idus Augusti Pontificatus ejusdem Anno nono, quarium initium est. Mantatus. &c.

Perditæ ea Societas Peregrinantum, in decem enumeratis Conventibus, sub regimine unius Vicarij Generalis ad usq; Annū Domini 1456.

In Capitulo vero Generali Ordinis Prædicatorum apud Montem Pessulanum, propter alias gravissimas cautas, solis Patribus Ordinis optimè perspectas & olim in alijs Capitulis Generalibus antecedentibus discussas extincta est hæc Societas Peregrinantum. Tum etiam propter captam ab inmani Turca Asiam. Anno siquidem Domini 1450 facta est misera devastatio per Mahumetem Amurathi Fratrem, qui trucidato Paleologo Constantino orientis Imperatore, novâ Roma Constantinopoli Lesbo, Chio, Peyra, atq; ferè tota Asia potitus, innumeros Sacerdotes & Religiulos internecione delevit. Hinc Monasteriorum clades secutæ, hinc Socij Peregrinantes à secede, residui, ad suas Provincias reversi, societas dispersa,

necessum fuerat Patribus Ordinis in capitulo Generali Mon-
tis Pessulanii, illorum decem Conventuum administrationem
descernere Provincijs à quibus sejuncti fuerant.

S E R I E S
Patrum Provincialium
ab
Origine Provinciae Poloniae
Ordinis Prædicatorum

Primus qui Provincia Nostræ Poloniae profuit, B. HYA
Numero CINTHUS Odrowanslus, postea in Capitulo Generali Parisijs
220. celebrato, præ humilitate cordis, le huic abdicavit officio, ut
eo magis, Apostolatus Septemtrionalis officio vacare posset.

V. P. Gerardus, natione Vratislavensis, in Eodem Ci-
pitulo Parisiensi, à Rndmo Patre Magistro Generali Jordano,
Præ'atus Provinciæ extitit: ex quo officio postea Episcopus
Ruthenorum consecratur circa Annum Domini 1234.

V. P. Crescentius Italus, Vir integrissimus et Doctissimus,
quem S. Hyacinthus S. Religioni adscripsit, a cœtu Cardina-
lis Legati Georgij Crescentij abstructum.

B. Ceslaus Odrowanslus Frater Germanus S. Hyacinthi,
de quo supra adnotavi.

V. P. HENRICUS olim ALBERTUS, ex Priore Lipsi-
ensi Provincialis Poloniae postmodum Episcopus Culmensis in
Prussia Anno Domini 1241.

V. Pater MARTINUS, qui sacra Ossa B. Juonis Episco-
pi Cracoviensis, cum V. P. Vincentio, à Mutina Civitate Ita-
liae, transstulit Cracoviam ex Prioratu Sandomiriensi S. Jacobi
Apostoli Provincialis Poloniae Anno Domini 1247.

V. Pater NICOLAUS studens Parisiensis, Anno Domi-
ni 1249.

V. Pater Stanislaus Magister Cracoviensis Anno 1255.
cui Alexander IV. summus Pontifex, Diploma Plumbatum di-
rexit, de submittendis Apostolicis Viris inter Gentes.

V. Pater Magister SIMON, quem Urbanus IV. cum
Vladimiro Episcopo Vladislavieni, Authoritate Apostolica
instituit, suum Commissarium pro examinatione virtutemero-
rum & prodigiorum B. Hedwigis R. R. P. Anno Domini 1262.

V. Pater Joannes Bohemus Anno Dni 1265.

V. Pater Romualdus Theuto Anno 1267.

V. Pater Joannes Sandomirrensis Anno 1271.

V. Pater Nicolaus Lombardus Anno 1275.

V. Pater Jacobus Anno Domini 1279.

V. Pater Goslaus Vratislaviensis Anno 1287.

V. Pater Boleslaus Lector S. Theol. Bohemus, eodem
Anno, ob depositionem ab officio præcedentis.

V. Pater Aegidius Magister Anno 1290. Hic in Capitulo
Generali Ferrarensi, contra Latinum, Vrsinum & Hugonem
Cardinales S. R. E. pro libertatibus Ordinis, una cum ceteris
Patribus congregatis ad hanc Capitulum celebraendum: mu-
rum se Achænum opposuit. Hi enim Cardinales, ex instinctu
Nicolaï IV. summi Pontificis, de Ordine Minorum assumti,
ex privato quodam affectu, Rodmum Patrem Magistrum Ge-
neralem totius Ordinis Mumonem Hispanum qui Nepotem
Laudi Cardinalis noluerat studijs vacare in Conventu Parisi-
ensi, bene verò alibi ab officio Generalatus totius Ordinis, vo-
lebat amovere, cum summo Ipsijs, iudicio & tetius Ordinis, cui
non multum cupiebat Nicolaus Summus Ponilex dedecore
& opprobrio.

In his validum Propugnatorum Justitiae, se cum ceteris
Patribus demonstrat Aegidius Provincialis Poloniæ hunc in mo-
rum, respondens præfatis Cardinalibus.

Noveritis Venerabiles Paternitates Vestre quod cum acepissemus Literas Vestras, antequam potuissimus, super his deliberare; innocuerunt rumores, apud Fratres nostros, & ad eorum importunitates coacti fumas Literas in Capitulo legere. Tunc ergo tanta fuit lachrymarum effusio, tantus gemitus, tantus dolor, omnibus clamantibus: expositi sumus discrimini, expositi dissipationi.

Multis, & quidem magnis nostris clamantibus, pro licentia transeundi ad alios Ordines, coram toto Capitulo. & si mors eis fuisset nunciata certitus, non fuisset forsitan major doloris & mortoris expressio, intantum ut in corde suo unus quisque Nostrum diceret, ut quid nati sumus, videre tantam Ordinis nostri amaritudinem & jacturam.

V. Pater Boleslaus Hradiceensis Bohemus, secunda vice electus Provincialis, divisionem Provincie in duas, videlicet Poloniæ & Bohemiæ procuravit, quæ alias jam inchoata fuit in Capitulo Generali Metensi, Marsiliensi & Coloniensi Anno Domini 1301.

V. Pater Ladislauus Cracoviensis, in Capitulo Provinciali Cracoviæ celebrato Anno Domini 1298. Hic electione Magistri Generalis totius Ordinis Patris Alberti Genuensis interfuit in capitulo Marsiliensi Anno Domini 1300. & quia divisioni Provincie repugnabat, in Capitulo Coloniensi factò 1301, ab officio atrotus fuit. Infelici enim nomine viderat separandos esse illos Conventus Bohemiæ à Provincia Poloniæ etenim felicissima illa B. Ceslai Planta, Conventus S. Clementis in Civitate Pragensi, à PP. Societ. Jesu occupatus, ceteraque Monasteria deformata incusant Boleslaum Hradiceensem suum Divisorem quamobrem in Capitulo Generali Genuæ celebrato, iterum ad Unitatem Provincie nostræ Poloniæ reducti fuerunt Auno Domini 1305. Boleslaus vero Bohemus, post Ladislai amotionem, fuit officio Provincialatus privatus. V.

V. Pater Peregrinus Prior Vratislaviensis, in Capitulo Provinciali Cracoviz celebrato, electus prima & altera vice, in duobus Capitulis. Hic scripsit Sermones de tempore & Sanctis per totum Annum.

V. P. NICOLAUS Affri, abdicato officio in Capitulo Lugdunensi, fit Penitentiarius Joannis Papæ XXII. & ex hec Officio, Episcopus Culmensis creatur 1325.

V. P. Petrus de Colomais, finito Provincialatu fit Penitentiarius ejusdem summi Pontificis Joannis. XXII. & exinde Episcopus Plocensis circa Annum Domini 1327. floruit.

V. P. MATTHIAS Cracoviensis, hic in Curia Romana plurimos labores, post terminatum suum officium pro iuregrate & conservatione Ordinis, cum ceteris Patribus sustinuit.

V. Pater Pribislaus Magister.

V. Pater STANISLAUS Cracoviensis Magister.

V. Pater PETRUS Tomessa Vratislaviensis, terminato suo Officio, Penitentiarius Papæ factus, in Anno Domini 1393.

V. Pater JOANNES Bregeonis Silesius dictus Schotlande ex Provincialatu assumptus, ad Episcopatum Culmensem, scripsit Volumen de SS. Trinitate & sermones de Sanctis.

V. Pater PETRUS Wasserchab Theuto, electus & confirmatus Anno Domini 1393.

V. Pater NICOLAUS Brestensis maximus illo tempore Predicator, & Hæreticæ pravitatis Inquisitor acerrimus fuit. Anno 1397.

V. Pater JOANNES Opatovius à Saeris Confessionibus Vladislai Jagielonis Poloniarum Regis, in Capitulo Stradiense electus Anno 1412. ac post expletum Provincialatum Officium, Episcopus Chełmensis consecratus Anno Domini 1417. illam Ecclesiam ut vigilissimus Pastor usq; ad Annum 1440 administravit.

V. Pater NICOLAUS Vrsius de Pnievij Anno Domini 1419. Hic interfuit Capitulo Generali Triburgi celebrato, fuit vir doctissimus & eloquentissimus.

V. Pater JOANNES Fraustonius Anno Domini 1446. Fuit Hæreticæ Pravitatis Inquisitor, & scripsit nonnulla Doctrinæ suæ monumenta egregia, videlicet Lecturam super Genesis, Exodum, Leviticum & Deuteronomium super Quatuor Libros sententiarum, sermones Magistrales ad Clerum De Tempore & de Sanctis, per totum Annum, Tractatum de Officio Inquisitionis, De Imitatione Christi & multa alia.

V. Pater ANDREAS Rutheni electus Provincialis Sandomiriae Anno Domini 1454.

V. Pater JACOBUS de Bydgoszcz in Capitulo Siradensis electus Anno 1478. Triginta annis gloriose rexit Provinciam ex Provincialatu factus Episcopus Laodicenus & Suffraganeus Cracoviensis & pissime obiit.

V. Pater Albertus de Secceno, in Capitulo Lublinensi electus Anno Domini 1478. ex Provincialatu Suffraganensi Gnesnensis, administravit hoc officium summa cum laude usq; ad Annum 1501.

V. Pater JOANNES Advocati, electus in Capitulo Pasianensi, Anno Domini 1505. rexit Provinciam ad Annum Domini 1516.

V. Pater ANDREAS de Parchau S. Th. Baccalaureus, factus Provincialis, exacto officio suo, ob virtutem integritatem, & morum maturitatem, cum scientia præstantiam fuit à sacris Confessionibus Sigismundi primi Poloniarum Regis obiit Anno Domini 1540.

V. Pater LUDOLPHUS, in Capitulo Cracoviensi electus Anno Domini 1519. de quo plura supra adnotavi in numero 30. Supra.

V. Pater ANDREAS Świętek, Quinquenniō cantū praeſuit Provinciæ, nam à pluribus annis excole verat in Provin-
cia Constitutio illa Capituli Generalis Bononiensis 1242 à Pa-
tibus facta, de duratione Provincialium ad Quadriennium, ne-
cessitate plerumq; ex oriente ob prudentiam in administrati-
one Provinciæ cogebantur pleriq; Patres pondus hoc offi-
ciū ad mortem sustinere, inde ad vitalitum esse experat officiū
Provincialium, quamvis nonnulli eo se abdicabant ex
humilitate; nonnulli etiam ad Prælatures Ecclesiæ exinde as-
sumebantur. LEO tandem hujus Novinis Decimus, speciali
Diplomate prorogavit ad Sexenium.

V. Pater THOMAS Szycow Provincialis Anno Domini
1528. vir Doctissimus & morum gravitate Venerandus rexit
Provinciam.

V. Pater MARTINUS Speron Vratislaviensis, Siradiæ elec-
tus Provincialis Anno 3536. hic multa pro gloria S. Hy-
acinthi obtinuit à Clemente VII. Summo Pontifice, in Capitu-
lo G-nerali Romæ celebrato.

V. Pater THOMAS à Szycoro, electus Provincialis post
multos labores in eridine ad Canonizationem S. Hyacinthi,
pro Fidei Catholicæ & S. Religionis augmento, expletos, pij-
sime obiit Cracovia 1551.

V. Pater GABRIEL Schadek Provincialis electus in Ca-
pitulo Loviciensi, fuit in Concionibus eloquentissimus ac zelo-
sus.

V. Pater PAULUS Sarbinius, primūm Inquisitor Hæ-
reticæ Pravitatis, animi virtute, scientiæ acutitatem, dicendi fa-
cundia præstantissimus, in Capitulo demūm Sandomiriensi in
Provincialem Provinciæ electus.

V. Pater MELCHIOR Mosticensis, vir Sanctissimus fer-
ventissimus Pædicator usq; ad decrepitam vitam duxit San-

Sigismundam, in Capitulo Plocensis electus prima vice Provincialis, de quo plura in serie Episcoporum vide infra Anno Domini 1559.

V. Pater HIERONYMUS Cyranus, à Sacris Confessionibus sigismundi Augusti Poloniarum Regis in Capitulo Lovicensi 1565 electus, dum pro restauratione Religionis apud Civites Gedanenses Hæreticos laborat, ab ijsdem, venenō extitus ibidem quievit Anno Domini 1577. cui postea successit tria vice Pater Magister Melchior Mosteensis continuata.

V. Pater FELIX Stradiensis, bis Provincialis electus fuit, primò quidem in Capitulo Loviciensi Anno Domini 1585, deinde in Capitulo Lublinensi Anno Domini 1593. omnium consensu, ad officium assumptas fuit.

V. Pater ALBERTUS Secovius, in Capitulo Plocensi Anno Domini 1599. Propter divisionem Conventuum Russarum, quæ ne fieret, plurimas molestias sustulit, multoq; labore in Capitulo Neapolitanó Anno 1600. ejus electionis fortissimo irritato. Nichilominus Authoritate Summi Pontificis Clementis VII. per Literas ejusdem sub Annulo Piscatoris data ex eiusdem Electionis Plocensis, super omnia totius Regni Poloniae & Ducatus Silesiae Monasteria Provincialis confirmatus fuit eodem Anno 1600. die 20 November. felicissimis accessionibus Conventuum & reformatione vita regularis, administrabat banc Provincialiam nostram.

V. Pater JOANNES de Fezua Provincialis in Conventu Siedensi electus Anno Domini 1613. Sub hoc tempore, ventus Commissarius Generalis, cum facultate S. sedis Apostolica Rdominus Pater Damianus à Fonseca ad cujus præsentiam, electus est in Provinciam Poloniæ, in Conveatu Petricoviensi.

V. Pater GEORGIUS Trebnitz Anno Domini 1618. &
secun

secunda vice ad idem officium Provincialis is Idem P. Magr Trebnitz in Conventu Varsaviensi fuit electus & confirmatus ab eodem Commissario Generali.

V. Pater ANDREAS Radowiecki Provincialis Poloniz electus fuit in Conventu Varsaviensi Anno 1633.

V. Pater VALERIANUS Grocholski electus in Capitu-
lo Cracoviæ celebrato Anno Domini 1634.

V. Pater VALERIANUS Lithuaniaus, Provincialis Polo-
niz electus Cracoviæ Anno Domini 1641. sed eodem anno die
24 Octobris Vilnæ visitans hunc Conventum obiit.

V. Pater CLEMENS Klonarski S. Th. Præsentatus in
Conventu Climontoviensi electus Provincialis.

V. Pater HYACINTHUS Baryczka electus Provincialis
in Conventu Luceorienzi ad præsentiam Rndmi Patris Augu-
stini de Irnola Commissarij Generalis à S. sede Apostolica de-
putati Anno Domini 1643. sed licet electus, confirmatus ta-
men non fuit, per Breve Apostolicum datus est in Priorum Pro-
vincialem,

V. Pater DIONYSIUS Mosinski Concionator Serenissi-
mi Regis Poloniæ Vladislai IV.

V. Pater JOANNES Paulus Czarncovius electus Provin-
cialis in Conventu Petricoviensi Anno 1656. qui quia non fu-
it confirmatus à Rndmo Generali, in locum ejus successit.

V. Pater JOANNES Chrisostomus Pelewicz Magister.

V. Pater LUCAS Pleszovius in Conventu Cracoviensi e-
lectus Provincialis Anno 1648.

V. Pater OSTROVIUS protunc Prior Loviciensis elec-
tus in Conventu Plocensi, ex mandato Rndmi Patris Magi-
stri Generalis totius Ordinis Patris Joannis Baptiste de Mari-
bis Anno 1650.

V. Pater JOANNES Constantinus Morski electus in Con-

ventu Polnaniensi 1654. sub cuius Provincialatu fuit Visitator Generalis à S. sede Apostolica datus.

Rudmus Pater Seraphinus Spada Anno Domini 1656.

V. Pater AMBROSIUS Borovius S. Th. Baccalaureus Conventus Cracoviensis, qui die 19 Aprilis Anno Domini 1657. Iu-
vum officium & vitam terminavit.

V. Pater JEREMIAS à S. Guidone à Summo Pontifice institutus in Provincialem Polonię 1657. Anno, Anno subse-
quenti 1658. sui officij moritur Varsavię die 7. Aprilis.

V. Pater FRANCISCUS Grabiecki Prior Horodlensis electus in Provincialem Polonię, Varsavię Anno Domini 158.

V. Pater CYPRIANUS Stefanowski S. Th. Baccalaureus Prior Samboriensis electus in Provincialem Polonię in Con-
ventu Lublineoſi Anno 1662.

V. Pater ALANUS Chodowski S. Th. Baccal. Prior Cracoviensis electus in Provincialem Polonię, in villa Piaski spe-
stante ad Conventum Siradiensem sub tempus pestis grassan-
tis in Civitate Siradieri Anno 1665.

V. Pater GREGORIUS Badowicz S. Th. Baccalaureus Prior Samboriensis electus in Provincialem Polonię in Con-
ventu Premislensi Anno 1668.

V. Pater HYACINTHUS Szostakowski Prior Thoru-
nensis electus in Provincialem Polonię in Conventu Sandomi-
reus Anno Domini 1671.

V. Pater JOANNES Waxmaa Prior Cracov. in Provin-
cialem Polonię electus in Conventu Gidensi, 1674. qui hocce
eodem Anno è vivis sublatus cum magno mærore omnium,
Cracovię sepultus.

V. Pater MARTINUS Borovius Prior Thorunensis elec-
tus in Provincialem in Conventu Laocotensi Anno Domini
1675. Item secunda vice in Conventu Cracoviensi 1678.

V. Pater THOMAS Schmit, Prior Cracoviensis electus in Provincialem in Coⁿventu Lublinensi Anno Domini 1682.

V. Pater FRANCISZUS Czarkovius, pro tunc Prior Conventus Siradiensis, electus in Provincialem in eodem Conventu ubi cujus regitioe celebratum est Capitulum Generale electum Redmi Patris Magistri Generalis totius Ordinis P. Antonini Cloche Provincialis Daciae Nemæ Anno Domini 1684.

V. Pater ANTONIUS Korczewski Conventus Lublinensis, pro tunc Prior Samboriensis electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Plocensi Anno Domini 1687.

V. Pater FLORIANUS Straszynski electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Varsaviensi Anno Domini 1690. Fuit demum factus Commissarius & Provincialis Lithuaniae à Rndmo Pre Magistro Generali Antonino Cloche post terminatum suum Officium in Polonia.

V. Pater THOMAS Mdzevski Conventus Plocensis, ex Officio Regentis studij Generalis Cracoviensis, electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Petricoviensi Anno Domini 1693.

V. Pater VINCENTIUS Kulesza Conventus Lublinensis protunc ejusdem Conventus Prior, electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Luceviciensi Anno Domini 1698.

V. Pater Nicolaus Oborski Coaventus Cracoviensis: pro tunc Prior Petricoviensis, electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Dzikoviensi Anno Domini 1701.

V. Pater JOANNES Damascenus Lubieniecki Conventus Varsaviensis, & Theologus Cossatensis, electus in Provincialem Poloniæ in Conventu Lancutensi Anno Domini 1795. Ob absentiam ejus in Capitulo Generali Bononiensi, atq; aliorum Patrum Provincie nostræ, ratione pestilentia, pro tunc grassantis in Regno Poloniæ avulsi sunt à Provincia No-

Sera, Conventus in Ducatu Silesiæ persistentes. Terminato suo officio, factus fuit Episcopus Baccovieensis & Maldaviae in Valachia.

V. Pater GUNDISALVUS Brzescianski Conventus Przemysliensis, qui magis prudentius & respectus apud omnes etiam Senator Regni, electus in Provincialem in Conventu Gidensi Anno Domini 1707.

V. Pater HIERONYMUS Milonski Conventus Cracoviensis: Villa Doro, ad Conventum Brestensem in Lithuania spectante, ob pestem protunc grassantem in Civitate & Conventu Brestensi, electus in Provincialem Poloniæ Anno Domini 1710.

V. Pater HYACINTHUS Gruszewicz Conventus Gedanensis pro tunc ejusdem Prior, electus est in Provincialem Poloniæ in Conventu Dzikoviensi, Anno 1713. denuo in Conventu Siradiensi secunda vice Anno Domini 1725.

V. Pater AMBROSIUS Szczepanowski Conventus Tarnensis, fuit electus in Provincialem Poloniæ in Capitulo Plocensi Anno Domini 1728.

V. Pater THOMAS Engwer Conventus Cracoviensis: pro tunc ejusdem Conventus Prior, in Capitulo Cessarocamensi Anno Domini 1731. sub cuius Regimine celebratum fuit Capitulum Generale electivum Romæ, in quo electus fuit in Generalem totius Ordinis, Rudimus Pater Augustinus Pipia, redux ex tam prolixo itinere, terminato suo officio Provincialisatus, in Dignitate Priorali Conventus Cracoviensis persistens gravi infirmitate pressus pijissime obdormivit in Domino ibidem.

V. Pater VINCENTIUS Paiewski Conventus Plocensis in Capitulo Cracoviæ celebrato electus in Provincialem Poloniæ sub cuius regimine celebratum fuit Capitulum Generale

Bono.

Bononiæ post assūptiōnem R̄dmi Patr̄is Magistri Generalis totius Ordinis Augustini Pipia ad Dignitatem Cardinalitiam, in quo elētus est in Generalem totius Ordinis Radamus Pater Thomas Ripol.

V. Pater FLORIANUS Siewierski Conventus Cracoviensis Prior Gdlesiæ electus in Provincialem Poloniæ in Capitulo Præmisliensi, & terminato sat laudabiliter hoc officio redux ex Capitulo Luccoriensi in itinere moritur prope Lublinum.

V. Pater JOANNES Chrisostomus Kózicki Conventus Lucocrensis, Prior ejusdem Conventus electus est in Provincialem Poloniæ ibidem Anno Domini 1732.

V. Pater ALBERTUS Ochabowcz Conventus Varsaviensis in Capitulo ibidem celebrato electus est in Provincialem Poloniæ Anno Domini 1735.

V. Pater APOLLINARIS Biłowicz Conventus Cracoviensis, & protunc Prior Varsaviensis, electus est Provincialis Poloniæ in Conventu Climontoviensi celebrato Anno 1738.

V. Pater JOANNES Paulus Jezierski Conventus Lublinensis electus Provincialis Poloniæ in Capitulo Torunensi Anno Domini 1740.

V. Pater JOANNES Chrisostomus Kozicki Conventus Luceorienensis secunda vice electus in Provincialem in Conventu Lublinensi 1743.

V. Pater JUSTINUS Iakielski Conventus Cracoviensis, protunc Prior ejusdem Conventus, electus Provincialis Poloniæ in Capitulo Gedanensi. Hic interfuit Capitulo Generali electivo Bononiæ in quo electus est in Magistrum Generalem totius Ordinis R̄dminus Pater Antoninus Bremond, eunc Nobis felicissime, & utinam diutissime imperans toti nostræ S. Religioni.

V. Pater DAMIANUS MATUSZEWICZ, Convētus Torunensis, pro tunc Prior Culmenſis, electus in Provincialem Polonię, in Capitulo Luceoriensi, sub tempus Coronationis Imaginis Gloriosissimae Virginis MARIAE, Miraculis Clarissimae, quem DEUS diutissimè conseruet. Annō Domini 1740

S E R I E S

ArchiPræfulum, & Præfulum, ex Provincia Poloniae Sacri Ordinis Prædicatorum assumptorum.

Agmen Præfulum, ut dignitate, ita fere, & tempore pri-
mus dicit, Celsissimus Princeps Martinus de Familia Stre-
porum, ad ArchiEpiscopatum Gnesnensem assumptus, e-
jus Nominis secundus, in Ordine ArchiEpiscoporum Gne-
snensium.

Numero
221.

Is in Aula Summorum Pontificum, suo tempore faci-
le Princeps, ac Supremus Pœnitentiarius, à Nicolao III.
Summo Pontifice Annō Domini 1278, ad instantiam Boles-
lai Calissiensis, & Premislai Polonaniensis, Ducum, Capi-
tuli Gnesnensis postulationem, eidem Ecclesia Gnesnensi
præficitur, ac Romæ consecratur.

Ad Ecclesiam suæ vigilantiæ concreditam, ab Urbe
regrediens, Boniæ infirmitate correptus, diem obijt ex-
tremum, ante Chorum penes Capellam S. Thomæ Aquina-
tis à parte sinistra, ad majorem Aram ascendendo, sepul-
lus manet.

Vii Nobilitate Generis streporum Illustris, virtuti-
bus

bus verò omnigenis, ingēnij elegātiā, ac mōrum svavitate, Summo Pontifici, & Principibus charus, Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis Prælatis charissimus, in S. Scripturis studiosus, & eruditus, historiarum non ignarus, in labendis ad populum Concionibus excellentissimus.

Multa scripsit opuscula præclara; quæ noster Pater Magister Abraham Bzovius enumerat, in quibus, sermonis venustatem, in claritate brevitatem, & maximopere doctrinæ veritatem conservavit.

Alterius Metropolitanæ sedis Haliciensis, antequam Leopolim transffretetur, fuit B. Bernardinus Martyr à Columnano Duce, & B. Salomea ejusConjuge postulat⁹, Gregorio IX. Summo Pontifice annuente.

Athleta Prædicationis factus, Verbum Dei intrepidè, & alacriter gentibus barbaris, denunciabat; priùs egit officium Archiepiscopi, quām electus fuit, & priùsque Christi Crucem, quām ArchiPræsuleam Cathedram descendisset.

Vir maximus, gravissimo designatus Martyrio, serrata per medium disiectus, animam purpuream Cœlo, corpus terræ, veritatem Christo, testimonium Evangelij Paganorum, sic divisus, legavit, ut unitā conservaret Ecclesiā.

Munisicus Pastor, erexit Basilicas, sed immortales in animabus, non in marmoribus: prudentissimus Senator Republicæ Catholicæ, pietatis, charitatis, vigilatiæDux: author, & moderator felicissimus. Igne Christi ardens,

in igne conjectis, Cœli Empyrei, factus est ornamenti.

Combustus tandem, & quid proficis, sœva crudelitas, pulvis iste, medicinalis est ; dixeris verius elixyer, quo agente, ferrum, æs, plumbum omnis barbarie, ac vitij, tota replens Haliciensem oram, in geminas uniones virtutis, inq; purissimum Fidei aurum, sunt verius transmutata. Transierunt barbaræ persecutionis serræ, & reserati sunt, Bernardo Victori triumphi æternitatis.

B. BERENGARIUS, Episcopus Cracoviensis, hunc Alma Ecclesia Cathedralis Cracoviensis elegit, & designavit in suum caput Pastorem, ac Episcopum, is memor muneris & officij, Fratribus nostris Polonis Prædicatoribus, per Honorium III. in Bulla, quæ incipit : *Ut Fidei nostra puritas Eccl. Data Anagniæ Idibus Martij, Pontificatus sui Anno VI, postea per Gregorium IX. in Bulla, quæ incipit: Sibi graves, Eccl. molesti proximis, Duces Poloniae referuntur. Anagniæ 3. Calend: Martij, Pontificatus sui Anno VI, recreatus conversione horum infidelium Saracenorum Ruthenorum Schismaticorum, data Reatæ 5. Idus Junij, suis Literis Apostolicis, plumbo signatis, miris laudibus effert, promptitudinem obedientiæ Fidei Ruthenorum, in hac 2da Bulla, cuius initium : Quid præmij meretur obedientia Fidei Eccl. Summos Pontifices, memor inquam muneris impositi, ad convertendas Gentes, & Christo Domino uniendas, sese contulit.*

Non solis Russis, Schytis, aut Moschovitis immorari

in

in prædicando Evangelio , verū ad viciniores Dacos ,
 Bulgaros, Bosnenses, Græcos, quin & ad extremos Indos
 Orientales penetrare , & parare Domino plebem perfectā
 desiderans: Istarum Gentium misertus cæxitatis Berengari
 us, majori ex partē easdem peragravit, fidelem doctrinā
 disseminando, & ob ejusmodi Evangelicos sudores , dum
 Cracoviæ in Episcopum eligitur, ille dextrum latus obij
 ciens Barbarorum lanceæ, crudeliter transfollus, successor
 D. Stanislai designatus, factus est Martyrij triumphantis,
 cohæres & Regni.

B. VITUS, primus Lithvanorum , deinde Lubec ensis
 Episcopus, Boleslai Regis Pudici atte, à confessionib⁹ fuit.

Hic fidelissimus operarius Christi , cum primò strenuam navasset operam , cum alijs multis , Viveæ Christi
 Coadjutoribus, in Lithvanorum Gentilium conversione,
 ab Innocentio IV. Summo Pontifice, eidem Genti, recen-
 ter per eundem baptizatæ, primus Pontifex præficitur in
 Lithuania.

Hâc, non multō post Gente, ad vomitum, & Idolo-
 latriam, cum Rege Mendegone redeunte, atrocibus inju-
 rijs , calamitaribusq; oneratus , quin & vulneribus affe-
 ctus, tandem sedē pulsus ; Cracoviam venit, celebritatiq;
 ei, dum S. Stanislai ossa , nuper ab Innocentio IV. Sūmo
 Pontifice, in Album Sanctorum relati, solemnī pompā de
 sepulchro levarentur, & hominum venerationi exponerē-
 tur cum Archiepiscopo, ac cæteris Episcopis interfuit.

Lithvanis à Fide, & suo Pastore retrogradis, obstinatis, ac in sua permanentibus cæcitate, B. Vitus, alijs Gentibus Provincijsq; suam operam adhibere cæpit, & per Boleslaum Pudicum, ad Episcopatum Lubecensem sublimatus, auctoritate S. Sedis Apostolicæ, ac Capituli consensu, ovium sibi commissarum, fidele gubernium exercuit, datis pluribus suis sanctitatis testimonij.

Rediens Cracoviam, ad suæ Ecclesiæ peragenda negotia, in Curia Regali graviter infirmatus, Sacramentis Ecclesiæ munitus, evolavit in Coelum, in Ecclesia SSma Trinitatis sepultus, plurimis miraculis clarere cæpit, ob quorum multitudinem, Fratrumq; nostrorum, ac populi devotionem, Celsissimus Princeps Petrus, de Gamratis, Archiepiscopus Gnesnensis, ossa ejusdem, cum magna Clerici, & populorum assistentia, è terra effossa sublevavit, & in thecam plumbeam recondens, in Altare S. Patris Martyris conclusit; quæ deinde Eminentissimus Georgius Radzivilius, S. R. E. Cardinalis transferens, in Sarcophago S. Hyacinthi, sub ejus statua Alabastrina, cultui hominū exposuit. Annò Domini 1594.

B. GERARDUS, primus Ruthenorum Episcopus, supplicantibus ipsis Ruthenis, cum Daniele Duce Russiæ, Gregorio IX. Summo Pontifici, per D. Hyacinthum, ad unionem Ecclesiæ Romanæ adductis, datus est in primū Episcopum eisdem, cujus labores Apostolici, laude perenni coronati sunt in Coelis.

B. MEYNARDUS, prius Livoniæ Episcopus, ab Innocentio IV. Summo Pontifice, in Pastorem datus, Apostolicum prædicandi officium, tota vita sua, infatigabiliter Peregrinus exercens, Apostolicæ etiam gloriæ particeps factus est.

V. Pater GREGORIUS, Episcopus Vladislaviensis, Vir Divinarum literarum expertissimus, plurimis Schismaticis, suo ignito eloquio, ac virtute sanctitate, Ecclesiæ Dei aggregatis, unanimi consensu electus, & ad postulationem serenissimi Boleslai Poloniarum Regis, à Martino V. Summo Pontifice, confirmatus fuit. Annō Domini 1499.

V. Pater PAULUS, Episcopus Posnaniensis, de consensu Rndmi Capituli, introductis ex Conventu Cracoviensi Fratribus nostris, ad Oppidum Szroká, Ecclesiæ Cathedrali junctū, contra hæreses pro tunc grassantes, strenuè per eosdem pugnavit, & vicit Frater per Fratres, quos Annō Domini 1231. ad Ecclesiam S. Margarethæ V. & M. collocaverat: ipse jam antecedenter duodecim annis gubernans Ecclesiam, Principibus Apostolorum Petro, & Paulo, consecratam, fuit Vir zelo Domini, & scientiarum laurâ insignitus, magnæq; authoritatis:

Fuit diligentissimus hæreticæ pravitatis Inquisitor, plurimorum periculorum molestarum, ac carcerum, ob suam sponsam Ecclesiam contemptor, & sanctificator.

De consensu Miecislawi Principis, per Henricum Gneensem Archiepiscopum consecratus, & cum triginta-

tribus Annis, in Episcopatu sedisset, translatus est in refi
gerium, Annō Domini 1249.

V. Pater VINCENTIUS, Episcopus Posnaniensis, Pra
dicator famosissimus, virtutum, ac Religionis cultor,
prævia Rndmorum DD. Canonicorum electione, concor
di, ac communi omnium cōsensu, in Episcopū sublima
tus, consecratus Annō Domini 1326, & à Joanne XXII.
Summo Pontifice confirmatur.

V. Pater BERNARDUS NOVINIUS, Episcop⁹ Pla
censis, agebat hic Praeful, ante sui provisionem, Pæniten
tiarium in Ecclesia Romana, & cùm devoluta fuisset ad
Innocentium VI. Summum Pontificem, provisio illius lo
ci Episcopi, hunc nostrum Patrem Bernardum, jussit esse
Episcopum Plocensem, moritur in Domino, Annō Domi
ni 1364.

V. Pater PETRUS, Episcopus Plocensis, Alexandri
IV. Summum Pontificem, & Gvilhelμum à S. Victore,
plurimum juvit, atq; ob id, à præfato Summo Pontifice,
Ecclesiæ Plocensi datus Antistes, qui sancto fine quievit
Annō Domini 1263.

V. Pater MELCHIOR Moslicensis, Nominatus Ar
chiepiscopus Leopoliensis, Sigismundum Augustum Polo
niarum Regem, à subscribenda hæresi, Apostolico spiritu
deterruit, viginti annis Provinciam nostram Poloniæ re
xit, Camenecensem, & Premisliensem Insulam humiliata
re, Leopoliensem ipsâ morte effugit, Annō Domini 1581

V. Pater AUGUSTINUS PERSA , Archiepiscopus Armenorum, p̄æclaram indolem à juventute, spiritualibus impendit exercitijs in Conventu Cracoviensi. Adultus, virtutibus, & Theologicis scientijs excultus, lingua- rum Orientaliū peritia clarus, in Archiepiscopum Arme- norum Annō Domini 1531. à S. Sede Apostolica ordinatur, ac Romæ consecratur.

Gregem suum in Armeniam veniens, vitæ suæ exē-
plo, & verbo pavit. Regis Persarum designatus Legatus
in Poloniam, intra Comitiorum Generalium Coronā, corā
Vladislao Rege, ac Proceribus Regni auditus, debitè mun-
nus Legationis explevit : in Persiam reversus, Ecclesiæ
suæ, ac Regi, juxta viam mandatorum D E I placere , ac
promotione Fidei insudare semper studuit.

V. Pater GREGORIUS , Episcopus Vlodimiriensis ;
antequam sedes fuisset translata Luceorū , Annō Domini
1425. Verus Pastor suarum ovium , quibus sæpiùs prædi-
cans Verbum Dei, vita & moribüs gregem suum pavit,
& nè ad Schisma redirent, sedulam operam adhibuit.

V. Pater JOANNES ROTA , Episcopus Moldaviæ ,
ibidem à Schismaticis occiditur, qui sedulò ad unionem ,
cum Sancta Romana Ecclesia, suos fideles excitabat, mi-
gravit ad Dominum, Annō Domini 1439.

V. Pater STEPHANUS Z A I A CZEK , Episcopus Ceretensis , creatus Annō Domini 1412 , hic omnia bona
sua Conventui Cracoviensi dicavit.

V. Pater JOANNES de Opatowice, Episcopus Chełmensis, Vir eruditissimus, & Prædicator magnus extitit, tam in Prioratu Cracoviensi, quam in Provincialatu; ardenter zelo cultum Dei promovens, & quatuor Convētus Provinciæ nostræ, Sredensem videlicet, Chribieszoviensem, Horodlensemq; restaurans, ac Costensem, cum ejusdem Civitatis Incolis erigens, & temporalibus bonis providens, à Rege Vladislao, in Confessarium accitus est, & cùm Regis Curiam, egregijs virtutibus exornasset, in districtu Chełmensi Cathedram Ecclesiam fundavit, & nocte dieq; Deo serviens, obdormivit in Domino, Annæ Domini 1440.

V. Pater STEPHANUS Leopoliensis, eidem Ecclesiæ Chełmensi, Jure fundationis, ad Ordinem Prædicatorum pertinentis, præfuit multis Annis, in eodem Episcopatu laborans, pro his laboribus mercedem vitæ æternæ à Domino est consecutus.

V. Pater NICOLAUS, Episcopus Culmensis, Vir Deo gratus, Ecclesiam suam à Crucifixis spoliatam, vinū doctrinæ, & oleum misericordiae infundens, ad pristinum reduxit statum, & stabilitatem, moritur ibidem Annō Domini 1375. Calendis Octobris.

V. Pater JOANNES SCHODTLANS, de Familia Bunczorum, Episcopus Culmensis, Doctor Insignis postea ob præclara gesta, desideratus in Pontificem Hellecensem, in eundem translatus, plenus bonis operibus, migra-

vit ad Dominum, & in Ecclesia praedicta sepultus, Annô Domini 1363.

V. Pater VIGBULDUS, Vir plenus meritis, ac virtutibus, factus Episcopus Culmensis, eidem valedicens, Ordinem Prædicatorum emissâ Professione salutavit, & sanctissimè vitam suam terminavit.

V. Pater JOANNES, à Provincialatu Poloniæ, raptur ad Episcopatū Culmensem, cuius omnia munia boni Pastoris fidelissime adimplens, feliciter vitam cum morte cōmutavit, in Brestensi Conventu propè Torunium quiescit.

V. Pater ABRAHAM SILADECHOWSKI, à Pau-
lo V. Summo Pontifice, creatus Ceretensis Episcopus, in-
Suffraganeum Culmensem designatur. Annô Domini 1622

V. Pater HENRICUS, D Hyacinthi virtutum imi-
tator, populo Kijoviensi ad instantiam Ducum Russiæ An-
nô Domini 1321, ex Indulto Apostolico assignatus est in
Pastorem animarum per Stephanum Episcopum Lubusta-
num, quem nominatum Eminentissimus Cardinalis Jaco-
bus Columna, Pontifici Maximo Joanni XXII. cum desi-
derio, & petitione Russorum detulit.

Ipseq; Henricus Avenionem in persona descendens,
ab Illustrissimo Episcopo Portuensi, decimo octavo Calen-
das Januarij, Annô Domini 1322, consecratus in Episco-
pum Kijoviensem.

Sementa laborum D. Hyacinthi ad justitiam, cætera
conservavit, cætera auxit.

Vixit sub Vladislao Lokietek, & Casimiro ejus Filio, bellicosissimis Regibus: cuius vita terminum gloriosum, & meritis pietas, ipsa, svadet aestimare, hicque primus ex Ordine nostro fuit Episcopus Kijoviensis,

V. Pater JACOBUS, secundus ex Ordine nostro Episcopus Kijoviensis. Hic plurima ob fidem, & unionem cum S. Matre Ecclesia, quam cum Alexio Rutheno, Metropolita Kijoviensi promovebat, perpessus discrimina ab alijs, à Constantinopolitano Kijoviam submissis Schismaticis Metropolitis, inter hæc tamen pericula intrepidus, Verbum Dei disseminabat, progressum à Spiritu Sancto multiplicante.

Tota vitâ pro Christo, atq; ejus Ecclesiâ, contumelias, ludibria, expertus, exul ab Episcopatu, ut fieret Acacola Beatorum. Evolavit in Coelum Annô Domini 1377 Leopoli in Ecclesia SS. Corporis Christi, cum Fratribus sepultus quiescit.

V. Pater PHILIPPUS, tertius Episcopus Kijoviensis ex Ordine nostro. Administrabat tunc Metropolim, pessimus homo, & ferreus Schismaticus, qui thesauris Ecclesiæ inhibebat, & bona illius dissipabat. Impar obstatore hinc malo Philippus, lachrymis eternas Ecclesiæ deslebat. Crediderim lachrymis Jacobi sui Antecessoris, Vladimî Olgierdovicij, Ducem Russæ, ad unionem Ecclesiæ accessisse, ac in testimonium unitatis, Privilegium libertatis Ecclesiatum, in Magno Ducatu Lithuaniae, cum Vladislao

Jagiellone Annō Domini 1387. datum, subscripsisse, teste
Stricovio fol: 480. Scriptore Polono. Hic pariter exul ab
Episcopatu, evolavit in Cœlum Annō Domini 1341.

V. Pater MICHAEL, quartus Episcopus Kijovien-
sis ex Ordine nostro, rem Ecclesiasticam tractando, Pasto-
rali officio, ac muneri Senatoris diligentem operam adhi-
bebat, in Comitijs Horodlensibus præsens, unionem Ma-
gni Ducatus Lithvaniæ, cum Regno Poloniæ, Annō Do-
mini 1413 factam, subscripsit.

Bello Grichaldensi, quod Jagiello, vīctor de Cruci-
feris, in die Divisionis SS. Apostolorū solemni triumpho,
ad immortalitatē cōmendavit, pariter præsens adfuit, &
orationis gladio protegens, Castra Polonorum pro justa
causa bellantium, victoriam Rex obtinuit, ubi pugnavit
Michaél.

V. Pater ANDREAS, quintus ex Ordine Nostro E-
piscopus Kijoviensis. Is erat ex Primoribus Filijs Convē-
tūs Cracoviensis, Vir doctissimus, ac integerrimus in E-
piscopum electus, manum ac consilium adhibuit, quatenus
Gregorius, ejus Successor egregius, (qui in Concilio
Florentino creatus Cardinalis) Metropolitæ Kijovienses,
unitatē cum Ecclesia Romana, sumo conatu procurassent: ah
quātum profectu unitateque Orientalis, ac Occidentalis
gaudebat Ecclesia? Tandem ex bellorum intemperiè affli-
ctus remansit? Ducibus Russiæ acerrimè pro Principatu
pugnantibus: à quibus secedens, vivificæ Crucis Lignum

secum Kijòviâ ferens, Lublini miraculosè locavit, Annô Domini 1420, de quo infra fiet mentio, sub titulo *Conventus Lublinensis.*

V. Pater MICHAEL II, sextus verò Episcopus Kijoviensis ex Ordine nostro, circa Annum Domini 1430, magnitudine meritorum tantò major, quantò encomiorum terrestrium exanimitate obscurior, sufficit ei ad perpetuum decus, fuisse Episcopum Kijovensem illò tempore, quô Tartaris Podoliam, & Russiam vastantibus, hos exemplo ædificare. illos defendere, captivos redimere, occisos sepelire, vel solius Episcopi munus erat, Christianæ charitatis primos proferre fructus.

V. Pater JOANNES, septimus Episcopus Kijovensis ex Ordine nostro, virtutis excellentiā, cum suorum Cathalogo, adscribi effecit, qui in humilitate magnus, minimus reputari desiderabat.

V. Pater MOYES, octavus Episcopus Kijoviensis, ex Ordine nostro, à Sigismundo I. designatus, & ex Capiitulo Loviciensi Annô Domini 1514. ad acceptandum habilitatus, legitur in cathalogo demortuorum Fratrum, sub titulo, solius Prioris Kijoviensis 1522, alterne hic Prior, vel Episcopus fuerit, non docent Annales de his octo Episcopis, videatur Okolski noster.

V. Pater PETRUS, Episcopus Camenecensis, vita & Religione insignis, de Familia Powalorum sermone jucundissimus, à S. Sede Apostolica præfectus, hanc Ecclesiam sex

sex annis strenuè gubernavit, verè Camenecensis, id est
Petrâ solidior, Româ in negotijs suâ Ecclesiæ profectus,
ijsdemque feliciter consecutus, rediens in Patriam, Genuæ
moritur, & in Ecclesia suorum Fratrum tumulatur An-
nô Domini 1298.

V. Pater VILHELMUS, Episcopus Camenecensis,
conversioni gentium insistens, à Barbaris occiditur, & in
flumine Dzwina submergitur, Annô Domini 1373

V. Pater ALBERTUS de Szececin, Vir ingenio sub-
tilis, sermone eloquens, Concionator gratusissimus, ob
insignes animi sui dotes, ex Provincialis, & Inquisitionis
S. Officij munere, in Episcopum Theodosiensem, & Suff-
raganeatum Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis, sub Al-
berto Rege, Annô Domini 1493. sublimatus.

V. Pater ALBERTUS II. à Szececjno nomine, Ex-
Provincialatu Poloniae, & Commissoratu Innocentij VIII
Summi Pontificis, Theodosiensis Episcopus, & Suffragane-
us Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis creatus est, circa
Annum Domini 1502.

V. Pater JOANNES de Radzieiow, multis in Provin-
cia exantlatis curis, ad Episcopatum Theodosiensem, &
Suffraganeatum Gnesensem, ex Cænobio evocatus, ac
super candelabrum Ecclesiæ positus, prælucebat. Annô
Domini 1505

V. Pater IAROSLAUS, de Conventu Cracoviensi, pri-
mazæ religionis observantia Cultor, per gradus virtutum, in

Episcopum Laodicennum, "promovente Eminentissimo Zbigneo, Cardinali & Episcopo Cracoviensi consecratus, ac suffectus in Suffraganeum Cracoviensem, quantis floruerit virtutibus, & ipsi Apostolici pectoris Cardinali ac Episcopo, cuius Partes ad ministrabat videre licet. uterq; magnus, uterq; pius, uterq; Vir devotissimus,

Infusa exornatus Iaroslau, non Religiosam cellam, dicit, in qua frequentius communora batur, prope quindecim annos; multis ordinatis Præbbyteris, ac Ecclesijs consecratis, de currente Anno 1437. ad meliorem vitam Seniculus, pietatis annorumq; plenus, evolavit.

V. Pater PAULUS, bis existens Prior Cracoviensis, eloquentia venâ præclarus Vir magni Consilij, apud Principes Regni permaxime gratus; effectus Suffraganeus Cracoviensis Anno 140 à Paulo II. Pontifice Maximo, Laodicenensis Episcopus creatus: in bona Senectute defunctus, plenus honorum operum, Cracoviæ in Ecclesia Fratrum Suorum SS. Trinitatis requiescit.

V. Pater JACOBUS de Bydgoszcz de Familia Zaremborum, prior Cracoviensis in Capitulo S. iradiensi electus Provincialis Anno Domini 1478. post modum propter magnas suas viertutes & Qualitates, ab Ilmmo Joanne Konarski Episcopo Cracoviensi, prænominata Ecclesiæ Suffraganeus, à Summo Pontifice Episcopus Laodicenus creatus, expleto glorioso cursu vitaæ suæ, in Ecclesia Fratrum Prædicatorum Cracoviæ sepultus quiescit.

V. Pater MARCORIUS Ludia, de Maga Solec Vir Doctor & Nobilis Cardicensis, Episcopus Titularis in partibus In fidelium creatur ab Alexandro VI. Summo Pontifice, die 27. Januarij daturq; demum Suffraganeus Cracovieensis.

V. Pater MARTINUS sive Marianus Hæreticæ pravitatis

satis Inquisitor, virtutum fulgore præcellens, ad Suffraganeum Cracoviensem, Deo promovente est electus,, Huic P. Miechovius tale reliquit testimonium. Marianus Suffraganeus Cracoviensis, Religiosus S. Dominici, Theologus acutus, voce facundus, plura Linguarum genera calleos, & disertè pronuntians, Latinam, Polonicam, Sclavonam, Alemanam & Hungaricam floruit Año Christi Domini 1503,

V. Pater Dominicus Małachowski, Nobilis Genere sed nobilior pietate & scientia, post insignes in Fide Catholica indefessos labores, Cracoviensisq; Conventus dignatus Administrationem ex Priori Cracoviensi Episcopus Laodicenys & Suffraganeus Cracoviensis, multis & egregijs Conventui Cracoviensi prætitis beneficijs, dierum meritis opimis onustorum plenus, obdormivit in Domino, & ante Altare maius in Ecclesia SS. Trinitatis Fratum Suorum, est repositus, V: vorum expectans Resurrectionem decessit è vivis Anno Domini 1644.

V. Pater JOANNES Zamoyski Conventus Cracoviensis. Ipsi sublimi Nomen, sublimia scripta, & sublimius gesta, Orbis universo, patet faciunt. Hic candido, Prædicatorum Orcio:is Habitū fulgidissimus, candorem quem Professus in Conventu Cracoviensi, omni tempore candide custodiebat.

Baccoviensis & Moldavie Episcopus post Przemisliensis Pax, assumptus, Patre Castellano Chełmensi, & Principissa Vilniowiecciana Matre, natus: ut & rationem Eruptionem inter Hastas Zamoyscianas enutritam, religiosis infert et umbra culis, & Vilniowieccianis Syderibus, terro à insignitis Cruce, novum Theologicæ Literaturæ adderet Jubat, diu latenter inter uehementa, Religiosi Alchetetij, Nemora, minimè texere Facem Dominici.

Nam sicut illum, rerum humanarum tædit, ita Consul: tricem Senatus, Populiq; Poloni Curiam, tædium caput, & Reg:

gnatricem pigui Aulam Joannis Casimiri serenissimi Poloni-
arum Regis carere, hac Illuminatrice Sapientiae Thæda.

Ne igitur soli Danubio, quod Illum Apostolici culminis
Authoritas, & Regia Voluntas, Mitratum ablegaverat, sacro-
rum Curionem Moldavico in solo; ingentes communis caret
dotes, Serenissimi Joannis Casimiri, ad ripas Natalis Sani, pro-
vida Illum transtulit beneficentia, non inanem in Domestica-
vinea, collectorum vindemiam, qui tam præclare et si in exo-
tico, unius tamen Patris Familias agrò, colligeret uvas Vin-
demiarum, & quasi ægide obarmatum, contra vitiorum, aut
deterius de Religione orthodoxa sentientium Monstra, secu-
tura etiam eum acie mentis, intueretur ætas, præter Præmisli-
ensem Vladimiriensem, quam Luceoriam transtulit, & Primus
Luccoriensis Antistes, consecutus est Ecclesiasticam dignita-
tem, ut Qui sui, & aliorum vicit, tot annorum spatiō institu-
erat Moldavos, ad gremium, Ecclesiaz postliuminio, reduceret
& erudiret Roxolanos.

Consiliorum, ejus, in moderando Rei publicæ statu salu-
berrimorum, ea constitit felicitas ut sicuti à Sacra æde, in qua
operaretur Sacris, aut pabulò Sacratoris eloquentiaz palcret Po-
pulum, nemo nisi melior; ita & à Consilio, quæ in Sella Curuli
qua in conciliandis Magnatum dissidentium animis, nemo nisi
doctior aut consultior rediret, Hinc post exantatos, hac in
Digitate labores, candidam reddidit suo Psalmatori Animam
Anno 1655. Calendis Januarij.

V. Pater VALESIANUS Epicopus Margaretensis Suffra-
ganeus Vladislaviensis, sui temporis Oratorum Princeps, à
Paulo III. Summo Pontifice confirmatus moritur Anno Domini
1548.

V. Pater FELIX Episcopus Caffensis, Suffraganeus Vil-
nensis. Tempore suo, immobilis columnæ Fidei, vitâ, mori-
busq;

busq; maturus dum properat fulcire dictam Ecclesiam Vilnensem, moritur Anno Domini 1554. die 12 Aprilis.

V. Pater CYPRIANUS Episcopus Metonensis, Suffraganeus Vilnensis, ab Illmo Valeriano Episcopo Vilnensi assumptus ad hanc Dignitatem, post innumeros de Hæresi triumphos. Decimi septimi seculi, Gloria, Religionisq; nostræ Dei, Doctrinâ & eruditione, Ecclesiæ defensione, S. Cypriani Imitator fuit obiit Vilna Anno 1587.

V. Pater Adrianus, gratusissimus Prædicator ac Serenissimo Augusto primo Poloniae Regi, à cōfessionibus & cōcionibus existens, in Suffraganeum Posnaniensem, & Episcopum Eonensem electus & confirmatus, plenus bonis operibus migravit in Calum Anno 1539.

V. Pater Vincentius apud omnes, ob linguae facundiam, morumq; integritatem celeberrimus, à Paulo II. Summo Pontifice Episcopus Ennensis & Suffraganeus Posnaniensis institutus, triginta quinq; annis, cum laude summa, ac totius Diecæsis utilitate, & decore sui Ordinis, præfuit, & multos sacerdotiò coronavit, obiit Anno Domini 1469.

V. Pater Albertus Episcopus Ennensis Suffraganeus Posnaniensis moribus & Dignitate, suis Antecessoribus par exitit exacto munere Apostolico migravit ad Dominum Anno Domini 1530.

V. Pater JOANNES Magister eruditissimus, Fidei Catholicæ zelosissimus Propugnator, ob vitæ suæ probitatem suggestoribus Rmddmis DD, Canonicis Ecclesiæ Plocensis, Suffraganeatus Plocensis sortitus est ministerium.

V. Pater JACOBUS Derslaus Episcopus Margaretaensis Suffraganeus Plocensis, à Sixto III. Summo Pontifice designatus, Episcopalem Dignitatem, cum Religiosa humilitate conjugens, cellam claustralem non reliquit, cui Rendimus Pater

**Leonardus Mansuetus Magister Generalis totius Ordinis in
Conventu Plocensi cum Familia, manendi, & Socios Fratres
Nostros eligendi ad latus suum dedit facultatem.**

V. Pater JACOBUS, in Scholasticis disciplinis versatissi-
mus, ab Innocentio VIII. summo Pontifice Lacædemoneñsis
Episcopus, Suffraganeusq; Plocensis creatus Anno Domini 1401.

V. Pater AMANDUS Cieszayko Episcopus Baccovien-
sis in Valachia, ad instantiam serenissimi Poloniarum Regis
Joannis III. ab Innocentio XI. Summo Pontifice creatus, obe-
ximias animi dotes, fuit serenissimo Regi acceptatissimus, ac
Provinciæ nostræ utilissimus.

V. Pater ANTONINUS Mdzewski Episcopus Calama-
censis, Suffraganeus primo Luceoriensis, demum Gnesnensis,
hic Philosophica subtiliter, Theologica sublimiter, moralia c-
xempiariter edocēbat.

V. Pater JOANNES Damascenus Lubieniecki, ad Iastan-
tiam serenissimi Regis Poloniarum Augusti II. à Clemente XI.
summo Pontifice Episcopus Baccoviensis creatus Anno Do-
mini 1711. vir Doctrinâ insignis, moribus præstans, bina vices
Prior in suo Nativō Conventu Varsaviensi egregius. Romæ
Cassanatensis Theologus, Provincialis demum Poloniæ, hoc E-
piscopale munus tribus Annis cū dimidio, felicissimè rexit lu-
amq; Diecæsim in Valachia visitavit, opimam dispositionem
relinquens, moritur in Domino Anno 1714. quieteñq; apud
fratres suos Varsaviæ, quibus missale S. Pij V. cum S. Reliquia
ejusdem Sancti, totumq; ornatum Episcopalem donavit.

Himus & Rndmus Dominus Raymundus Jezierski à Cle-
mente XII. Summo Pontifice renunciatus Episcopus Bi-
coviensis & Moldaviæ, consecratur Kielcijs ab Eminentissi-
mo Cardinali Joanne Alexandro à Lipie Lipski Episcopo Cra-
coviensi Anno Domini 1738. die 4. Maj. vitâ eruditione & Re-
ligi-

ligione insignis, sermone jucundissimus, Fratrum sui Ordinis Amantissimus, in Theologicis versatissimus, ac Vir Prudentissimus. Romam in negotijs suis, surq; Ecclesiae profectus ijsdem feliciter confectis, redit in Patriam, non inanem in domestica vinea collecturus vindemiam, Quem Deus T. O. M. quam diutissime conseruet in columem, pro S. Religionis & Provinciaz nostraz Poloniz decore.

H̄i Sunt.

Sacerdotum Gemmæ exemplō prælucentes & Sanctitate conspicui H̄i sunt, qui ornamentis scientiaz, Pietatis Fidei propagatz Gloria, iter ad Thyaras habuerunt. H̄i sunt, qui nihil de Religionis austерitate in Episcopatu diuinitentes, plus exemplo prævaluere, quam facundia sermonis His enim dignitatibus ornati, non Religionis humilem Togam depositure, idem contemptus opum, mentis humilitas, corporis castitonia, cordis sanctimonia, pectoris caudor, omnes ad hujusmodi trahentes officia persolueuda, pro Religionis sacræ decore augendo.

S E R I E S.

VV. Patrum Inquisitorum.

Sancti Officij Hæreticæ Pravitatis.

In

Provincia Poloniæ S. Ordinis Prædicatorum.

IN extirpandis, Hæreticon Monstris, per vigil cura semper extitit, Summorum S. Romanaz Ecclesiae Pontificum, ut quoties alicubi enata, pullulare animadverterent, toties Viros, Doctrinā & eruditioñe acres, & eloquentiā facundos, in eam rem deligerent. Qui zelo amplificandæ Ecclesiae Catholicæ incensi, nec non dolore, ob persecutes fraude Hæreticorum, ani-

mas, vehementissime commotī, totis studijs incumbenterent, ut errore profligato, Catholicae Fidei Majestas, in suo candore ilibato, ab omnibus amplecteretur.

Numeros. Quamobrem JOANNES ejus Nominis XXII. Anno Domini

222. 1326. tertio Calendas Maj. Pontificatus sui undecimo, per Summum Breve Apostolicum quod incipit: *Inter alia, quae Nobis, & Apostolatus incumbunt Officio. Animarum præcipue convenit invigilare saluti &c.* Patrem Provincialem Poloniæ Petrum de Colomxis, Provincialesq; omnes in posterum, juxta Seriem succedentes, Censores Fidei, & Hæreticæ pravitatis Inquisitores, esse voluit: ab eo tempore, quo nonnulli Alemanorum, Hæresi pestiferâ imbuti, inficere cupiebant, etiam Gentem Polonam. Eam ob causam, monet etiam Vladislauum Łokietum Regem Poloniæ & Archi Episcopum Gnesnensem, Primumq; Regni, Primumq; Principem, ceterosq; omnes Episcopos, Palatinos, Regioq; Lateri quoquecunq; assidentes, Senatorij Ordinis viros, ut Provincialem Poloniæ, ejusq; subdelegatos, quod poterat majori studio: juvent: & errores, si qui forte irreplebant, purgentur, devijj, ad viam veritatis reducantur, pestifera dogmata, vulgantes arceantur, corripiantur, igne quoq; si opus esset, à Magistratu Civili expientur.

His Pontificijs Literis, incitati Pientissimi Reges Poloniæ quales se præstarent in adjutorio Orthodoxæ fidei, ex Diplomate Vladislai Regis sub data & actu Lanciciæ, Feria tertia proxima ante Festum S. Laurentij, Anno 1436. optimè legendō, quisq; intelliget.

Hæc Fidei rigida, eustos & Vindex severitas, Censoria; ex S. Inquisitionis Officiis, meritante omnes palmam protulit, Patri Joanni Vratislavensi Inquisitori.

Pervenite nime Bohemia Petri Joannis Siranensis, Vratislaviam impius error, infandaq; Hæresis contra Ecclesiam Catholicę.

tholicam, ejusq; Hiérarchas sacros. Plurimos tunc in ea clam infectos conabatur ad saniorem mentem Joannes Vratislaviensis Inquisitor S. Officij reducere.

Tulit ei operam Nankerus piissimus Episcopus Vratislavensis, quamobrem in grave odium implacabilesq; iras Joannis Lucemburgensis Regis Bohemiar, uterq; & Episcopus & Inquisitor incurrit. Primores enim ex Magistratu, Cives Vratislavienes, necnon alij, ex promiscua multitudine, Inquisitoris & Episcopi liberam in persequenda, profligandaq; Hæresi, potestatem, apud Regem Hæreticum sugillabant, accusabantq;

Indigne audiens hæc Rex, acerbe in utrumq; invehitur, Bona Ecclesiastica Nankeri Episcopi, omniumq; Ecclesiarum & Monasteriorum per vim occupat, & disruptit.

Præsulem, nihil tale demeritum, dum ferrō nequibat, venenō mortiferō, extinguit, Senatui Vratislaviensi, dat immandatis, Joannem Inquisitorem, nisi sinat Hæreticos, ut manus, ei iniiciat, vitaq; usuram intercipiat.

Paret furore correptus Senator, quisq; it in cœdem sanguinariam, commune vulgus; Monasterij portis tumultuosè effractis, Joannem Inquisitorem adeunt, manus ei iniiciunt, vinciunt, per Civitatis Vratislavienensis plateas & vicos, prostratum in terram distrubunt, tandem multis ieiibus confossum, cerebro excusso, immuniter occidunt.

Propter hanc crudelitatem Excommunicationis sententiâ, plurimi ex Principalioribus feriuntur, omnesq; Civitatis & Diecæsos Ecclesiæ, Interdicto Ecclesiastico supponuntur à Benedicto XII. summo Pontifice. Qui Pontifex puritatem Catholicæ Fidei in Civitate Vratislavensi restoresceret quam pri-mùm desiderans, Joanni Praclao Pogorzeleccio, desolatae ejus Ecclesiæ Administrationem adjunxit, monens serio, ut Bohem-

morum Regem, ad mentem saniorem reduceret, & Ecclesiam reconciliari velit.

Hac curâ Ecclesiæ suscepta, Præclaus illico ex Urbe, Nisilam Silesiorum contendit. Per suas Literas Regem Parricidam quod Episcopum & Inquisitorem maestaser, severè objurgat, & ad Pænitentiam Salutarem bortatur. exhortatur insuper ad satisfactionem condignam, restitutionemq; Ecclesijs spoliatis & direptis suadet: & opera Pietatis, quibus crimina nefanda admissa, diluat.

Movet exhortatio illa, truculentum Regem, proinde Carolo Filio suo, Marchioni Moraviæ jubet, ut Illum Nominis Regio conveniret, pænitudinis signa monstraret, reconciliationemq; Ecclesiæ sublatis censuris & Interdicto, curaret.

Cuncta per ordinem à Carolo explentur. Rex in gratiam Ecclesiæ redit, certis conditionibus, Civibus ferali rabie desævientibus, multa imponitur. Præclao enim Vratislaviam à Nissa revertente, & Carolo Marchione eum comitante, Consules & Jurati Vratislavienses capitibus & pedibus, omnino nudatis, Pallijs quoq; ac cingulis amotis, quasij suppicio extremo plectendi essent, ducti ad patibulum: ex Prætorio usq; ad Monasterium S. Adalberti Fratrum Prædicatorum, ex quo Joannem Inquisitorem, ad oscem traxerant: venerunt: & in terram permodum Crucis prostrati, culpâ simpliciter recognita, & prolatâ, veniam & misericordiam supplices popolaverunt: plurimis execrationibus se adstringentes, quoquam similibus ausibus, Ecclesiam & Clerum Vratislavensem molestaturos.

Tantâ eorum humilitate, motus Præclaus, eos in Gremium S. Matri Ecclesiæ suscepit, & Interdictum sustulit. At Deus pænam promeritam non sustulit, nam dignâ plagâ, indiguanam extinctionem Episcopi, ac eadem Joannis Inquisitoris,

repente secuta est: casuali enim igne die 8. Maij Vratislavie exorto, tota Civitas conflagrata fuit. Anno Domini 1342. P. Miechovius.

Pari quoq; Joannis Regis impietate occubuit Pater Confrades Inquisitor Hæreticæ pravitatis ad ipso occisus Pragæ Metropoli Bohemæ, fuit Is Alumnus Provinciæ Poloniæ, cui deponuð cor juv. Et eran Conventus Bohemiæ Anno 1305. in Capitulo Generali Genuesi, ille autem gloriosum Fidei præbuit testimonium Anno. 1341.

Suos Antesignanos, sequitur celestissima zeløq; fidei ardentissimo incensa, Inquisitorum Ceterua, è quibus præcipue fuere quorum memoria ad posteros scriptis Documentis transiit, Antecessorum vero multorum, per injuriam temporis sublata & quidem.

V. Pater VINCENTIUS Magister Inquisitor Vratislaviensis Anno Domini 1346.

V. Pater Magister JOANNES Chrisostomus Inquisitor Polaniensis Anno eodem.

V. Pater Magister PETRUS Inquisitor Cracoviensis Anno Domini 1350.

V. Pater Magister STANISLAUS Inquisitor Cracoviensis Anno Domini 1360.

V. Pater Magister STEPHANUS Inquisitor Cracoviensis ab Anno 1483. usq; ad Annum. 1421.

V. Pater Magister JOANNES, Prior & Inquisitor Cracoviensis Anno Domini 1478.

Ad hujus & aliorum Inquisitorum S. Officij hæreticæ pravitatis juvamen in executione suorum officiorum, Constitutiones Regni & Privilegia Vladislai serenissimi Regis Poloniarum Anno Domini 1424. magnum præstiterunt robur: dum ibidem, piissime stabilitum, ut Hæretici eorumq; Fautores, ubiq;

biq; per officium Capitaneorum & Officia Civilia, caperentur: & contra omnes hujus modi consurgere debeant: nec eisdem, ullo verbo confilioq; auxilium ferre sub Fide & Honore, etiamsi sit quis Eorum Sanguini juæsus valeant, Juribus Regni Saluis.

V. Pater Magister PETRUS Cantoris, Inquisitor Poñaniensis Anno Domini 1428.

V. Pater Magister JOANNES Braleatoris, Inquisitor Vratislavensis Anno Domini 1429.

V. Pater Magister NICOLAUS Inquisitor Torunensis Anno Domini 1440.

V. Pater Magister NICOLAUS Advocati, Inquisitor Torunensis Anno 1447.

V. Pater Baccalaureus Grimalius Inquisitor Cracoviensis Anno 1450. cujus acta S. Officij extant in archivio Conventus Cracoviensis in uno volumine conscripta.

V. Pater Magister NICOLAUS Brestensis, postea Provincialis Poloniæ quo terminatō, iterum Inquisitor Hæreticæ pravitatis Anno 1463.

V. Pater Gregorius Heycze, Prior Vratislavensis & Inquisitor ibidem Anno 1465.

V. Pater Nicolaus Gruneb Lector S. Th. & Inquisitor Torunensis Anno 1566.

V. Pater MATHIAS Conradi S. Th. Lt. & Inquisitor in Russia Anno eodem.

V. Pater Magister ALBERTUS de Lância Inquisitor Poñaniensis Anno 1467.

V. Pater Magister DIONYSIUS Inquisitor Cracoviensis Anno eodem.

V. Pater Martinus KRACZER S. Th. Lt. quondam Prior, Cracoviensis, Inquisitor Poñaniensis Anno 1467.

V. Pater Magister GEORGIUS Inquisitor Torunensis
Anno Domini 1479.

V. Pater Prædicator Generalis MATHIAS Flori Inquisitor Culmensis Anno 1482.

V. Pater Magister JOANNES Advocati, Inquisitor Vratislaviensis Anno 1498.

V. Pater Magister STANISLAUS de Pajulow Inquisitor Cracoviensis Anno 1499.

V. Pater Magister ALBERTUS Inquisitor Plocensis Anno Domini 1505.

V. Pater ANDREAS Baccalaureus Inquisitor Leopoldensis Anno eodem.

V. Pater Magister NICOLAUS Zuenensis Inquisitor Cracoviensis, Anno Domini 1508. sub quo, eodem Anno die 5. Aprilis, Judæus quidam, cum cæteris complicibus, SS. Eucharistia Sacramentum de honestavit, cæteraq; nefaria perpetravit: Igitur Cracoviæ in ædes Imæ Virginis Mariæ, frequenti Doctorum Cætu præsenti, in Scalam erectam statutus est Nicolaus verò Inquisitor Hæreticæ Pravitatis, facinora Judæi arguebat, atq; palam errores illius, cunctis denunciabat. Postquam vero Judæus summo conatu, atq; intrepidè se tueretur tandem convictus, nolens converti, nec baptizari, Sæculari Potestati traditus igne combustus est.

V. Pater Magister FELIX Inquisitor Cracoviensis Anno Domini 1519.

V. Pater Magister HIERONYMUS, Concionator præclarus Inquisitor Tornensis, doctrinâ & dexteritate sua, multos ad Gremium S. Matris Ecclesiæ reduxit. Anno Domini 1538.

V. Pater Magister JACOBUS Rossius, Inquisitor Lanicensis Anno Domini 1538.

V. Pater PETRUS de Sochaczew Baccalaureus Inquisitor Breitensis Anno 1540.

V. Pater MARTINUS Spern Inquisitor Vratislaviensis Anno eodem.

V. Pater JACOBUS Præsentatus Prior ac Inquisitor Cracoviensis Anno 1544,

V. Pater MICHAEL Præsentatus Inquisitor Vratislaviensis Anno Domini 1534.

V. Pater Magister STANISLAUS Radwan Inquisitor Posnaniensis Anno Domini 1546.

V. Pater Magister Paulus Sarbinius Inquisitor Posnaniensis, multa ab Hæreticis & eorum fautoribus pro Fide orthodoxa perpessus Anno 1559.

V. Pater Magister Melchior Mosticensis Inquisitor Cracoviensis zelosissimus.

Præstat horum duorum Patrum nunc positorum, atq; aliorum, insignes labores in conversione hæreticorum recensere. Ast sufficiet id, quod ingenuo sermone pronunciarunt oīum, Eminentissimus Hossius Cardinalis Episcopus Varmiensis Illius & Rodmus Stanislaus Czarnkowski Archi Præsul Gnesensis. Philippus Padniewski, Petrus Mielzkovius Antistites Cracovienses, & Petrus Tylicki successor eorundem, nec non alij innumeri, omni Fide Doctissimi viri, qui et Ipsi Hæresi infecti, homines, qui sèpè sapient, veritate adacti, proferebant Ipsos icil: recensitos Patres vel solos, se constanter, vel congregatos, contra blasphemiam Hæresim objecisse & vel maximè tunc, dum in Poloniā proscripta fæx Italiz, Statorius, Stancherus, Blandrata, & Ohinus exules, ingressi sunt, insanaq; capitis sui deliramenta in Adorandam SS. Trinitatem, ut canes latrabant.

Et etiam tunc, dum ē vicina maleolente, Wittembergia

Me-

Melanchtonis, Rotherödani, Caluini & Boza prostibulo, nutans temulata turba profiliebat, & in sacra salutis Symbola in SSam Deiparam Virginem, & reliquos Calites, in Immaculatam Xsti sponsam Ecclesiam, ejusq; visibile Supremum Caput, maledictam exacabant linguam.

Tunc dum Ecclesiæ Catholicæ vastabant, profani, cùm Altaria ab ijsdem demoliebantur, Imagines sacras exuberant, Sacra Sacraenta taminabant, SS. Eucharistia Sacramentum Sacrilegis pedibus conculcabant In loco salutiferæ Crucis, patibula latronum ergebant, Virgines Deo dicatas constuprabant, Sacerdotes proscriptebant, in ergastula conjiebant, lanienam Sanctorum exercebant.

Tunc dum Polonis, Trinitas adoranda, non unus sed Deus, Filius minor Patre, Spiritus Sanctus, neutri Idem, sed purus fatus vel servus fuerat.

Tunc dum Sacraenta, mera & pura signa, ceremoniæ ab Ecclesia usurpatæ, imposturæ.

Tunc dum summus Ecclesiæ Catholicæ Præsul, Antichristus, Ecclesia Catholicæ, Babylonis nomine à fanaticis hominibus vocitabatur, prædicabaturq;

Tunc dum in Comitijs Generalibus Regni proponebatur impure credeodi, adorandi, prædicandi, blasphemandi, quid quid in mentem veniret faciendi, armorum Genere, ab Hæreticis exquirebatur.

Tunc dum in Comitijs Petricoviensibus, Præsulibus Regni, nefariè ex Senatu, ab Hæreticis jam exhibillatis, quinimo & pulsis, de summa Fidei, & Ecclesiæ Catholicæ stabilitate, in Regno Poloniæ agebatur, & periclitabatur.

Tunc demùm, dum in Comitijs Lubliensibus decernebatur, ut ex Polonia, soli Trinitarij pellerentur, Confessioni & autem, & Calvinistæ, ex hominum genere pestilentissimi,

permitterentur 'suum virus libereq; cui instillare.'

Statim prodierunt, Divini Illi, supra nominati Viri, comculcarunt Leonem & Draconem & super Aspides & Basiliscos istos ambularunt, dum sese obijciebant, Cyprianus, Leonardus Gregorius, & Melchior Mosticensis, verbo ac Scripto, Comacione & Disputationibus, dissertationibusq; acutissimis hæc monstra confodiebant & trudebant.

Sigismundo Augusto Poloniarum Regi, Brenzius & alij blasphemæ, blasphemæ Ichædas ad subscribendum, quasi aliquod Divinum Dogma ausi fuerant offerre: & ecce manus Regiæ porrectum calamium excussit Melchior Mosticensis, & Libros pestiferis erroribus scatentes.

Et vere excussit, quia universas blasphemias illorum, pondere authoritatum S. scripturar, Traditionum, succedanca Doctrina Patrum, acerrimis Testimonij, rationum efficaci demonstratione, consensu Orbis unanimi, miraculorum longa serie detegebat, convincebat, & confundebat, auscultante dæbili et flexibili Rege Sigismundo.

A suis subsellij pulsi erant & exhibillati universi Praesules Regni Catholici, in Petricoviensibus Comitijs, & jam tunc triumphum egissent Hæretici, Illorumq; fautores, proscriptis à se summis Doctoribus, è quorum labijs, exquirere debebant scientiam.

Ett ecce! obstiterunt Pater Valerianus P. Cyprianus, Pater Sarbinius & P. Felix zelantissimi Inquisitores S. Officij, suadent Regi Sigismundo, ne id fiat, nisi actum esse velit de salute Regni.

Pusillanimitatem postmodum Praesulibus Regni, reprobrabant, quod iij, nondum in dilerimen capit, aut sanguinis vocati, se suâ statione, non pelli quidem, sed cachinnis, & vesfanis factionibus, in fugam coniici, permittentes oves suas,

supis-

supis devorandas reliquissent, nec suo crurore s. lopus foret vitam eorum protegere decrevissent Audaciam deinde turbulentorum, Divino spiritu pro suggestu in dies non frangebant, & vigilantiâ solerti non allaborabant, ne Draco ille malignus, ad has stellas illustres, cælo suo trahendas, acceleratam caudam protenderet.

In Comitijs Generalibus stabilire volentibus, promiscud furentis populi sermone, quæ de rebus Fidei decernendum putabant & contendebant, Primores Hæreticorum fortiter & acre obstiterunt.

Tum deindè libertatem credendi, ut scilicet vellet quis in Beelzubon blasphemandi curaret, quis etiam supra Ipsam Adorandam Triadem vivendi cogitaret, etiam alter transire in Machometismum, faciendi, satageret quis Neronem aut ipsum Iathanam superare, in Dæmonem ipsum transformandi unicuiq; liberum esse, voce & armis extorquebant.

Huic inauditæ discordiæ seu potius excordiæ, in omnibus illis Conventionibus, se opponebat Pater Melchior Mostiæensis Inquisitor Hæreticæ Pravitatis, in sexdecim Comitijs Generalibus, quæ in Annum quandoq; protrahebantur Concionatoris officio funetus, magna cum diminutione Hæreticorum, accessione vero ad Ecclesiam credentium & confirmatione Christi Fidelium obstitit, & opposuit.

Opponebat se & Pater Lucas Leopoliensis Inquisitor, pro tunc Oratorum Princeps, multis Annis in loco dicato Comitijs & stationi Regiæ, Civitate inquam Varsaviensi ubi adhuc Ordinis Nostræ Cænobium nondum fuerat, nec Patres Minoræ de Observantia, nec Patres Eremitani S. Augustini Dominicilium suum habentes.

Opponebat se parter & Pater Paulus Sarbinius Inquisitor Polonianus, licet non semel à plurimis Hæreticis, eorumq;

fautoribus, protunc potentissimis, ad mortem quereretur quin & aliquoties parum aberat, in profluente Posnanię Wart ham ex alto Ponte deijceretur.

Opponebat se, & acer ille Pater Cyraeus, quā de causa à Gedanensibus, tunc impijs, veneno enecatus.

Opponebat se P. Cyprianus Inquisitor pariter Hæreticæ pravitatis postea Primus Lithuaniae Episcopus, qui ab impijs Hæreticis, eorumq; Fautoribus, postea probro habitus & ad necem quæsitus fuit.

Opponebat se Pater Leonardus, cum alijs Fratribus nostris, qui ab illis Hæreticis, milite divexatus, pudor est dicere, de Samuelè quodam qui postmodum ob Crimen Læsa Majestatis, Decreto Stephani Regis Poloniarum capite plexus est quomodo ille pejor cane & angue, nostros Fratres odio prosequens, in contumelias & dedecora illorum invigilabat.

Quadam enim die, videt per Urbis Cracoviensis plateam duos incedere Fratres nostros, jubet satellitibus, ut comprehendant, vinciant, & ad se illos deducant. Unus ex his fratribus, fugâ elabitur, Divino fulcitus auxilio, alter comprehenditur, vincitur, & ad impium Samuelem adducitur.

Adductus spoliatur interim, & truncus, ad cruciandum miserum Fratrem paratur. Membris quo-natura celavit, in medium undiquaq; divisum imprimentis, vexatum fratrem totaliter, ut conspexit Samuel, probris oneratum è scolis præcipitari jussit.

Contra omnes verò alios, Ecclesiam Sanctam & incontaminatam oblatrantes canes, proprios sathanæ ministros, una scola Provincia Poloniae stetit, & multos eorum prostravit, Ecclesiasticō Judicio & veritatis calculo, atq; Apostolicō Decreto, à Polonia profligavit.

SSmæ Trinitati cultum, Christo Demino Majestatem Divini

vinitatem Sancto Flaminio, SS. Sacramentis robur, SS. Eucharistia vitam vitalem Deiparæ Virginis cultum & Veneracionem, Cælitibus honorem, Invocationis & Imitationis Officia, Ecclesiæ unitatem, & Sanctimoniam ac Fidei Catholicæ puritatem.

Summo Ecclesiæ Pastori Authoritatem, Templis Sanctitudinem, Aris Sacratæ Decus, Imaginibus ornatum, Deo dicatis Personis immunitatem Senatui Spirituali Episcoporum, Locum in sublelijs suis. Sacræ Scripturæ decorem & candore immaculatum Animabus in flammis Purgatorij, pœnas exfoluentibus Indulgentiam & Suffragia: Illi piissimi Patres Nostri zelosissimi Inquisitores S. Officij, reddiderunt, & posteris reliquerunt suæ imitationis exemplum.

S E R I E S. Pænitentiariorum Summorum.

Pontificum.

Ex
Provincia Poloniæ Ordinis.

Prædicatorum.

Sancta quoq; penetralia Sacræ Exomologesis ut adeam, ad quæ semper non nisi Summos, Integerrimosq; viros Ecclesia admittebat, in ijs non paucos ex Provincia nostra Poloniæ, Doctissimosq; Patres reperio: qui Supremo hoc clavium Pænitentiæ Magistratu, sempiterna cum laude, functi sunt: ex ijs quem plurimis, horum memoria ad Provinciam nostram Poloniæ manavit horum Indiculum sive seriem, quisq; videat: ac imprimit Romanæ Aulæ deinde Regum ac Principum Regni Poloniæ referam.

V. Pater MARTINUS Polonus clarissimus Doctor Ni Numeros colai III. Summi Pontificis Pænitentiarius Anno Domini 1278. 223,

V. Pater PETRUS postea Episcopus Caminensis Nic-
lai IV. & Bonifacij VIII. Pœnitentiarius Anno 1294.

V. Pater NICOLAUS Afri, postea Episcopus Culmen-
sis Joannis XXII. Pontificis Maximi.

V. Pater de Colomæis postea Episcopus Ploënsis Joan-
nis XXII Pœnitentiarius. (tiarius)

V. Pater PETRUS Cracoviensis Clementis VI. Pœniten-

V. Pater VENCESLAUS, Magister Vratislavensis,
eiusdem Clementis, & Innocentij VI. Pœnitentiarius.

V. Pater PAULUS, S. Th: Magister Posnaniensis,
Gregorij XI. Summi Pontificis Pœnitentiarius.

V. Pater JOANNES, S. Th: Magister Cracoviensis,
eiusdem Summi Pontificis Pœnitentiarius.

V. Pater PETRUS Comessa, S. Th: Magister, Boni-
facij Summi Pontificis ejus Nominis XI. Pœnitentiarius.

B. CONRADUS de Grossis, Martini V. Summi Pon-
tificis Pœnitentiarius, Annô Domini 1426.

Extant Literarum JOANNIS Bregensis, Provincia-
lis Poloniæ, ad Gregorium Summum Pontificem ejus No-
minis XI. in Libro expéditionum officij sui, exarata e-
xemplaria, quibus respondens sibi, Gregorius XI. Ponti-
fex Maximus, datis Literis de transmittendis Fratribus
Nostri Ordinis, pro occasione temporum, non paucos à
se, & à suis Successoribus Provincialibus fore in diem
submitendos.

Extat & formulâ aliarum Literarum juxta, quam-
Jure p̄äsentandi Patres nostros ad Pœnitentiariæ Majo-
ris

ris officium, se gaudere; toties, & tantis submissis Fratribus, demonstrat.

Quinam postea eō officio functi fuerint, ad hanc notitiam non perveni, sed supponitur Italis Ordinis Nostri id commissum, ut experientiā probat in Ecclesia S. MARIAE Majoris dicta.

*PRINCIPIBUS verò & REGIBUS Polonie,
sequentes fuerunt à Confessionibus.*

B. VITUS, qui postea fuit primus Episcopus Lithuanorum, fuit Confessarius, & Theologus Boleslai Pudici, Poloniarum Regis.

V. Pater PAULUS, Premislai Ducis Majoris Poloniae, qui Princeps postmodum Rex Poloniarum inaugatus est.

V. Pater ÆGIDIUS Magister, Leschonis Nigri, qui in Ecclesia Cracoviensi SS. Trinitatis sepultus est.

V. Pater Magister SIMON, Henrici Probi.

V. Pater HELIAS, Ladislai Łokietek, *de quo Miechowius*. Quod deficientibus viribus, Ladislaus Rex, coram Patre Helia Ordinis Prædicatorum, Doctrina perspicuo, confessione facta, singulari autoritate Apostolica, pro mortis articulo ei concessa, absolutus est, Sacramentoq; SS. Eucharistiæ procuratus.

V. Pater Magister PETRUS, Casimiri Magni, qui postea ex Provinciali Poloniæ, factus Episcopus Plocensis.

V. Pater Magister PRÆCLAUS, Cracoviensis, ejus.

dem Serenissimi Regis Theologus, & Confessarius.

V. Pater JOANNES Opatovicensis, Ladislai Jagiel-
lonis Regis Theologus, & Confessarius.

V. Pater NICOLAUS WĘZYK, Magister, ejusdē
Serenissimi Regis Theologus, & Confessarius.

V. Pater NICOLAUS de Pniewy, Ladislai Poloniae,
& Hungariæ Regis.

V. Pater STEPHANUS, Casimiri IV. Poloniarum-
Regis.

V. Pater JOANNES, Magister, ejusdē Casimiri IV.

V. Pater GREGORIUS, Joannis Alberti Regis, qui
postea factus Episcopus Vladislavienensis.

V. Pater ALBERTUS de Sececino, ejusdem Serenif-
simi Regis Theologus, & Confessarius.

V. Pater MARIANUS, Friderici, Filij Regis Cas-
miri, Cardinalis, Archiepiscopi Gnesnensis, & Cracovi-
ensis Episcopi, Theologus, & Confessarius.

V. Pater PETRUS Sochacoviensis, Alexandri Ser-
enissimi Regis Theologus, & Confessarius.

V. Pater ADRIANUS Magister, Sigismundi I. Re-
gis Poloniarum Theologus, & Confessarius.

V. Pater ANDREAS de Parczow Magister, Theolo-
gus, ac Confessarius, ejusdem Sigismundi I. Poloniarum
Regis.

De hoc Patre nostro ANDREA de Parczow Oricho-
nius, in Panegirico Sigismundi I. testatur, his expressis

ver-

verbis: Tanta animi devotione erat Sigismundus, ut etiā animam ipsam agens, hunc istum Patrem de Dominicī familia, sacrificantem diligenter audiret, ad singula verba, Passionis Christi Domini suspirando, ingemiscendo, ac fribiliter precando, quo DEUS ipse peccatorum ipsius immemor, beneficio autem Christi in illum, & in omnes memor, clemens, & propitius, illum ad illas Beatorum sedes, reciperet; ad quas JESUS Christus Dominus, ac DEUS noster, ante illum præcesserat.

V. Pater HIERONYMUS Cyranus, Magister, Serenissimi Poloniæ Regis Sigismundi Augusti Theologus & Confessarius.

V. Pater MELCHIOR Mosticensis, ejusdem Serenissimi Regis Sigismundi Augusti Confessarius, & Theologus demum.

V. Pater Magister LEONARDUS, apud eundem Serenissimum Regem Theologus, & Confessarius, ultimus ex Ordine nostro fuit.

Hæc omnia, quæ scripseram, subscribo S. Universali Ecclesiæ Catholice Romanæ, Fidei Magistræ, omnium Controversiarum Supremæ sedis Judicio, cuius sensui, si quid in caute irrepit oppositum, uti erroneum damno & eliminio. Hæc enim quæ scripseram scripseram veluti Historica monumenta quæ humanæ duntaxat Fidei, pondus obtinent, & hæc in Authoribus approbatis, vidi, legi & circumspexi. A. O.

ERCTIONES

&

Fundationes Conventuum.

Provinciæ Poloniæ

Ordinis Prædicatorum.

ab

Anno Domini Millesimo ducentesimo Vigesimo
usq; adAnnum Domini Millesimum Sexcentesimum
Nonagesimum Octavum.

Fideliter Connataz Anno Domini

1750.

Conventus Cracoviensis.

Numeros. Ecclesiam & Conventum Cracoviensem, sub Titulo SS.

224. Trinitatis eretum, quem IVO Episcopus Cracoviensis, & Le-
scho Albus Princeps Poloniæ fundarunt. Anno Domini 1723
die Annuntiatæ salutis Solemnis: præcipue exornat Insignis Se-
pultura S. Hyacinthi Confessoris, Regni Poloniæ principalis
Patroni, ad manum lavam ingressus Ecclesiæ ascendendo, per
altissimos gradus ad ejusdem D. Hyacinthi prominens Sacel-
lum ejus Monumentum ex Alabastro perlucido, & alio suffo-
so artificio materiæ, debrans Sarcophagum D. Hyacinthi.

Postquam enim Clerus Ecclesiæ Parochialis, SS. Trinita-
tis, ad Augustam D. Deiparæ Virginis Mariæ, in Circulo Cra-
coviensis, noviter ab eodem Ivone Episcopo Cracoviensi ere-
ctam Ecclesiam, cum Jure Parochiali & Cura Animarum, trans-
latus est: D. Hyacinthus, numero Fratrum non exiguo, quoq;
jam Religioni Sacre, in ædicula lignea, sibi adinterum conce-
sa, penes Palatum Episcopale pepererat, stipatus Ivone E-
piscopo, cum Clero, Leschone Principe eum Senatu, & Populo
magno

m̄agno cum Animarum oblectamento, ad Eandem Ecclesiam
introductus est.

Ingressus Ecclesiam Hyacinthus, & Arx Majori admotus, illamq; devotissimè exosculatus, ipso die sacro Sacratissimæ Annuntiationis verbi Divini Incarnati, novus Angelicus Prædicator, à SS Rosarij Mysteriis exorsus, Possessionē inchoavit.

Mirum, quā animi benevolentiā, piissimus Antistes Ivo, Locum à Deo electum congratulatus est, in hunc sequentem modum.

Pater misericordiarum, Vir Dei Hyacinthe sit benedictus qui Nos hodierna die, novâ Luce, in Te recreavit. Templum hoc, quod Tuo Patrocino subiçimus, est Templum SS Trinitatis, cuius Mysterium, in toto gelido Trione per te glorificandum noveris. Templum hoc est Parochiarum Mater, Te admonens, aquam potentibus in eodem, lac dare adinstans Matris, obligaris.

Templum hoc ad Cunabulas suscepit fidem, quam Tu ad meridiem perducas est neceſſe ſic quippe mei Pastoraliſ Officii ſolitudinem ab hoc Altari adjuvabis, meamq; ſeneatam reddes exinde florentem. Hoc ex Loco, Tua, Tuorumq; ſuccessorum perpetua obligatio, tum in Noſtra Cathedrali Ecclesia tum in ceteris vel Collegiatis Parochialibusq; vel Tuæ cuncte ſubiectis, Verbam Dei incessanter prædicare.

Hoc in loco. Privilegiorum inviolata continuatio, Tibi, Tuisq; ſuccorribus, perpetua immunitas. A Cura Parochiali, Tibi Toisq; perpetua Libertas, à perſolvenda Quarta Funeralium Tibi Tuisq; perpetua, ab alijs exactionibus exemptionio. Meus Episcopalis panis, eſt tuus panis, & Portio Canonica, quam ut Canonicus tenuisti Tuis Tibiꝝ; maneat perpetuꝝ; ſic ego Episcopus Pater ac Pastor, ſic mei Confratres Canonici Cathedrales decernimus, statuimus, ordinamus, volu-

mus, ac ad manuteneniam Nostræ præsentis voluntatis, suc-
cessores obligamus. Tibi ò Fili Hyacinthe, sit hæc prælens,
firma in ævum Possessio, sitq; Tecum, Dei & Nostra Pastorale
Benedictio.

Vix Verba magnus senex compleverat, Sermonem ex
Nomine Principis, aggressus Magnus Leschonis Referendari-
us in hunc pariter modum. Noveris Inclite Pater Hyacin-
the, hanc nunc Tibi demandari Provinciam, ut in conspectu
SS. Trinitatis, memor existas Serenissimi Leschonis, totiusq;
Regni, Rememorat Serenissimus Princeps, quanta pericula su-
stinetur, hæc Respublica, à Russis Principibus, idcirco hunc
Locum, & Aream, quæ Orientem, Ruthenosq; respicit, Au-
thoritate Regiâ dat, donat, ut Orientales praecellas evadamus.
Expertus est intestinorum bellorum Iævitiam, discordiamq;
idcirco nunc præsens gaudet, Te associari huic Sacro Altari,
ut per Tuarum Missarum Sacrificia ac Rosaria, unitatem in
Regno contineat, indissolubilem, pestifera Populorum suorum
Strage affl etabatut, i. e. Tuo Odore, sperat jam, quæ experi-
tur Hyacinthino, totum Regnum in melius relevari. Hyacin-
thus es, o Inclite Pater, dignum quoq; Te censem lapide m pre-
tiosum, qui in Sacra Regia Corona, resulgeres, & verè resul-
gebis, si Tua comitate ac Sanctitate, quæ sedi Apostolicæ &
probè cognita & præmabilis depraedicatur, prius apud Regem
Regum Christum, post apud supremum Christi Vicarium Co-
ronam, sive amissam, sive Interdictam, Diademataq; Regalem
superare allaboraveris.

Ait plura de Te-Serenissimus Princeps, totus Senatus, cum
Etusq; Populus Regni omniaatur, Orationum Tuarum devo-
tissimarum quibus se, pro semper commendant, patrocinia ex-
perturi confidenter. Dixi.

Hæc, Oratores promebant, & Devotissimus Populus, ia-
ter

ter Missarum Sacrificia, ut alteri Samueli, n̄ cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostrum ut saluet Nos D. Hyacintho se se commendabat..

Cunet s gratificatus Hyacinthus, more suo, quem ex disciplina SS. Patriarchæ Dominicæ hausit, Cathedram ascendit, voluptatesq; perituri sæculi dampnans, iterum omnes, ad piastachrymas commovit, & 2d virtus regularis accedit imitationē

Itaq; cūm primum Religioni Prædicatoriæ, hæc eadem Ecclesia concessa atq; donata est, sicut in' ante, quo tempore Parochiali Titulo fulgebat, matrix & origo fuit omnium Parochiarum, ita statim pau' post, fuit scaturigo amplissimorū eorumq; innumerabilium ejusdem Ordinis Monasteriorum exinde enim complura, eidem Sodalitati Cœnobia, in Polonia coadita sunt; Quinimò Kijoviam & Haliciam quoq; Quarum altera erat Metropolis Russiæ & altera Archi Episcopali & Regia sede illustris, Colonias suas novas adduxit.

Nec tantum ijs finibus conclusa est Imo sub brevi anno rum curriculo, totum Regnum Poloniæ, exinde impletum est locis & Domibus Fratrum Prædicatorum, incipiendo ab Alpibus qui Poloniæ ab Hungaria & Dacia disternantur, usq; ad Mare oceanum, omnesq; Terræ omnesq; sinus, qui mari illo alluantur, Prædicationis illorum Sonum mirificum audierunt & ad optimam frugem redacti sunt.

In Bohemiæ quoq; Divinissimus Hyacinthus Monasteria invexit, qui Religiosissimos Viros. Beatum scil. Ceslaum, Fratrem suum Germanum, Beatum Henricum Moravum, sub Annū Domini 1222. Pragam Metropolim Bohemorum definirat.

Hi Munificentia Principis & Archi Præsulis Pragensis, Ecclesiæ S. Clementis, non ignobilem, Areamq; amplissimam pro Monasterio extruendo obtinuerunt: Seminariumq; Cœnobiorum

biorum & Religiosorum Bohemiz, Saxoniz Moraviz & alias
rum circumviciarum Regionum iostituerunt.

Totis octuaginta annis, Provinciales Poloniæ, Conventibus Bohemiz præfuerunt ad Annū scilicet 1301. In Capitulo vero Generali Coloniz celebrato, à Patribus Ordinis, divisi, in duas Provincias partiti sunt. Altera earum retinuit Nomen Provinciæ Poloniæ, & Locum in dextero choro, post Provinciam Theutoniz. Altera assecuta est titulum Provinciæ Bohemiz, & locum in sinistro Choro, post Provinciam Terra Sanctæ.

His breviter, ex antiquo manu scripto, Bononiæ in Bibliotheca resperto, adjecto tempore Erectionis, Fundatoris Munificentissimi, & quantum injuria temporis reliquit, aliudè excerpsti.

Nunc autem Decorem, Primi & Principalis Conventus Provinciæ nostræ Poloniæ, ejusq; amplissimæ Ecclesiæ sub Titulo SS. Trinitatis notifico.

In primo itaq; Limiae, videre est, & venerari, antiquitatem hujus Ecclesiæ Majestate & Venustate illustrem. Altaria & Icones auro fulgentes, non vulgari artificio factas & depictas

Habet hæc Ecclesia duodecim Sacella sive ut vocant Capellas, ex Fundatione variorum Benefactorum etiam Principum & Senatorum Regni Poloniæ, in quibus, suas exuvias deposituerunt, Horum.

Primum sacellum S. Catharinæ Virginis Senensis, ex Fundatione Celsissimorum Principum de Zbaraz, sumptu magno, de Marmore Albo & nigro, cum altis Columnis erectum, in quo est sepultura fabricata Nominatorum Celsissimorum Principum. In hac Capella, quiescit etiam Veneranda, re & Nominne Beata, Tertij Habitū Sororum Nostrarum, Virgo castissima, ex Illinma Tenciniorum Familia.

Secundum Sacellum S. Vincentij Ferrerij O.N. Thaumaturgi, in quo, sorores Or Nostri, Tertij Habitū nuncupatæ de Prænitentia, suas persolvunt devotiones, sacrificia Missæ audiendo, & S. Synaxim sumendo, diebus solemnibus prode votione selectis. In Sepulchro hujus facelli, quiescit corpus p. m. Barbaræ Dęmbinska, Castellanæ Cracoviensis, Matris olim Ecclæstrum Nostrorum Religiosoru[m] Fæmina Pientissima.

Tertium Sacellum, Familia Illmorum Ligezorum, ubi quiescit Joannes Ligeza, Palatinus Lanciciensis, Prædiolò Promicensi, huic Conventui, pro perenni tempore, Sacrificio Missæ recitando relieto. Quiescit etiam & Præclaus Niewiarowski, Benefactorum Ordinis Nostri protunc Princeps. Nullus enim eum, ex Fratribus Nostris, eâ de re petijt, nullus, aut blanditus aut servili adulazione, qua generosos animos infingit, sed suâ sponte holocaustum obtulit Deo, ex omnibus Fortunis suis, quas ex Dei Gratiâ, & Majorum suorum, beneficia habuit, in Pudemontio, honestissimas, Ipsem petijt, à Fratribus Nostris, ut Dotem pro Ecclesia Nostra SS. Trinitatis, hanc vellent accipere; molestior fuit tantisper, donec ad Acta Publicæ Castrensis Cracoviensis secum iretur: apud Quæcum maxima animi exultatione, libentissimè suis Facultatibus renunciavit. Non multo post, vitâ funestus, è Pago Iodłowicensi succolantibus Fratribus Nostris, Annō 1599. quasi unus ex his, qui Religionem juraverunt, sepultus est, unâ cum Successoribus suis, ex Familia Illmorum Ligezorum.

In eodem Sacello, extat Altare erectum, & pulchre ornatum, in quo, est Figura Crucifixi, & primò illius aspectu, excitantur corda cunctorum, ad Contritionem & dolorem pro peccatis quod Sumptu suô non exiguo, Illris Adalbertus Cichoński, Insignis Benefactor Conventus, extruere fecit.

Ex Traditione hujus Conventus Cracoviensis adnotatur,

Figuram hanc Crucifixi, hæc protulisse Verba, ad Quendam Seniculum Sacerdotem, Nostri Ordinis: *Cantè ambula, nam
quot gressus facis, tot Sandorum Corpora calcas.* & Sub hoc Alta-
ri quiescit Corpus p. m. Adalberti Cichonski cum sua Charis-
sima Con sorte, qui suâ Munificentia, totam hanc Ecclesiam
desuper, tegulis contexit.

Quartum Sacellum est D HYACINTHI, cum Gradibus
marmoreis, varijs Picturis excellentibus exornatum. Vitam
Ejus & mortem experimentibus.

Altare marmoreum, cum Tumba pariter marmorea, ex-
cellenter exstructa, quam supportant, quatuor Angeli: Infer-
ius verò ossa B. Viti Ordinis Nostri condita sunt.

Quintum Sacellum est SS. Trium Regum Orientalium
olim S. Rosarij propter triū Beatoū Fratrum nostrorum Corpores
frequenti Populorum concursu celebre, scil. Venceslai Ladi-
slai & Vislai, una eademq; die, ad S. Religionem Sulceptiorū
Professorum, & mortuorum, de quibus superius fit mentio.

In hoc Sacello, quiescunt in super corpora BB. Benedi-
cti Prioris, primi Post S. Hyacinthum, Boguslai supprioris,
Hieronymi & Joannis Lectorum, Discipulorum olim S. Hy-
acinthi nec non B. Floriani, quem D. Hyacinthus per V. Itulam,
in Pallio suo trans vexit, cuius corpus adhuc integrum, An-
no Domini 1585. quæsitus, repertum est.

Ex hoc Sacello, eundo ad Chorum Fratrum, in cornue
jussi chori, ad est Altare SS. Rosarij, & penes illud Sepul-
chrum ex Aurichalco conf. Etum & exaratum, Doctissimi viri
Philippi Calimachii. Penes Idem Altare, quiescit Corpus An-
næ Wierzbowska, Sanctitate vita conspicuæ, ac Beatissimæ
Virg. ni Rosarianæ devotissimæ.

CHORUS Fratrum sat amplissimus, in quo, Formæ ele-
gantissimæ structuræ sunt positz, in parte cujas dextera, vita
SS.

SS. P. N. Dominicū exsculpta, in Parte vero sinistra S. Hyacinthi.

Altare Majus totum sumptuosissime deauratum, cum Cymborio sat eleganti.

Ante hoc majus Altare, quiescunt corpora, vitæ piissimæ Quatuor Suffraganeorum Cracoviensium, ex Ordine nostro assumptorum, de quibus vide inter seriem Epitcoporum. Ad Parietem autem, extat Mauolæum Letchonis Nigri, Principis Poloniarum, cuius Ossa ibidem condita sunt.

Ante Fores Sachristiaz, quiescit corpus Catharinæ Biabuzyna, Comitissæ de Meliszyn, demortuæ Anno Domini 1418 & Euphresiaz de Familia Principum Osuetimensium, Sanctimonia vitæ celebrium.

Ante medium Chori, seorsim in Mansolæo, quiescit B. JUO Fundator, olim Ecclesiaz Cracoviensis Præsul, Quem B. Martinus Provincialis Poloniæ cum V. P. Vincentio Kielcensi, Mutinâ Civitate Italæ transportatum, suis Fratribus q; oculis, perpetuo ob; clum, Benefactorem hic esse voluerunt.

Sextum Sacellum SS. Rosarij B. M. V. ab Illmis Dominis Polakowskie erectum, in quo, sua Corpora deposuerunt. Quiescunt ibidem Illmus de Karnkow karnkowski Castellanus Gnesnensis, Capitaneus Głogoviensis & Mederecensis Anno Domini 1503. sepultus.

Successu temporis, hoc Sacellum SS. Rosarij ampliatum est, ex Colle Etis Eleemosynis piissimorum Benefactorum, Anno 2688. Cura Venerabil. Fratrum Nostrorum, Promotorum hujus Devotionis zelosissimorum, atq; desuper Cupro cooperatum, curis specialiter P. Laurentij Sadowski, & P. Athanasij Ciełzkiewicz Lectorum.

In ejus Altari Majori, extat Imago Gloriosissimæ Virginis Mariæ miraculis claræ, Benedicta à Clemente VIII Summo

mo Pontifice per Eminentiss: Cardinalem Bernardum Macie-
jowski Confraternitati SS. Rosarij donata.

Septimum Sacellum Illmorū Myłszkowſiorum. Ma-
chionum, magnificentissimō & fere Regiō sumptu, bocce ere-
gium Sacellum de marmore nigro, in quo Resurrectionis suz
diem præstolatur Illius & Rndmū Petrus Myłszkoviūs Pra-
fus Cracoviensis, duos inter nepotes, Petrum videlicet Pala-
tinum Ravensem & Joannem Caſtellanum Zaroviensem fe-
pultus.

Ad hocce Sacellum introducta est Imago SS, P. N. Do-
minici de Suriano, quam p. m. Pater Joannes Waxman Profes-
sus, & olim Prior Cracoviensis, rediens ex studijs exoticis, An-
no Domini 1642. pro inæstimabili cleodio, Altari Majori, bu-
jus sacelli, imposuit, quod postea Sacellum, Illius & Rndmū
Dñs Thomas Oborski Suffraganeus Cracoviensis consecravit

Octavum Sacellum, Orlikoviaum duas cupatum, in quo
Domini Artis Pistoriz, suam persolvunt devotionem, & ex
suo Contubernio Missas Quartuales, pro Confratribus defun-
tis decantari faciant.

Extant in hoc Sacello variæ SS. Reliquiæ, & præci-
pue aliquot Capita, de undecim millibus Virginum, de
Colonia transportatæ.

Nonum Sacellum quorundam, de Familia Columno-
rum, in quo Contuberium artis sartoriæ, quolibet die
Festi, & Dominico S. Sacrificia audiunt, & cum suis faci-
bus, Processionibus cum SS. Eucharistiæ Sacramento, di-
ebus solemnioribus assistunt.

Decimum Sacellum S. Bartholomæi Apostoli, in quo
Contuberium Artis sutoriæ suas persolvunt devotiones,

&

& Processionibus cùm SSmo Sacrāmentō, in Festis Solemniōbus, & Dominicis mēsilibus cum facibus suis assistūt.

Undecimum Sacellum, Celsissimorum Principum, Comitum in Wiśnicz Lubomirsciorum, in quo corpora corum reconduntur, in quorum sepulchro, quiescit etiā corpus innocentissimæ Virginis Eleonoræ, Filiæ Celsissimi Principis Sebastiani Lubomirski, Castellani Woynicensis, & Annæ de Ruscie Consortis ejus.

Hæc Innocens Virgo Eleonora, decimum sextum ætatis suæ vix aggrediens annum, ad Cœlestem Sponsum, quem sibi prælegerat, properavit Annô Domini 1613, 19 Aprilis, in capite ejus seruum, ac si recenter impositum oculis spectantium perhibetur, magna cum admiratione omnium, & decoro Celsissimæ Domus Lubomirianæ.

Omnibus diebus Profestis, ex Fundatione perpetua, Missæ de Requiem, à nostris Religiosis decantantur.

Altare magius hujus Capellæ, sub Titulo S. Sebastiani Martyris, continet etiam Imaginem S. Rosæ Virginis Lemanæ Ordinis Nostri, cum cratibus & porta de aurichalco, sumptu magno, munificentissimo, & apparatu confessis integrâq; Capella, marmore cincta, & ornata.

Duodecimum Sacellum extat D. Antonino, Archiepiscopo Florentino O. N. dicatum, varijs idq; Nobilissimis picturis adornatum, in cuius Sacelli sepulchro, quiescent corpora, de Domo, & Familia Miržensciorum, cum suis epithafij, & imaginibus.

In ambitu inferiori Conventū, per quēm Processiones cum Sanctissimo fiunt, adest Figura Crucifixi, cuius Altare, Religiosi nostri omni feria sexta, non impedita, suas ad DEUM effundunt preces, pro Animabus ibidem sepultorum, & SS. Sacrificia quotidie persolvūt.

Hæc Figura Cruxifixi, per flumen Vistulam appulit Cracoviam, quam cum varij Sacerdotes, & Religiosi suis Ecclesiis inferre cupiebant, Nostri instituti Patribus, se obtulit accipiendam.

Sub hoc Altari Crucifixi, quiescit Corpus B. Stanislai Kokoszka, S. Theologiæ Baccalaurei, Viri devotissimi, & plentissimi, & paululum post, quiescit pariter corpus Patris Severini Rexolant, de quibus superius mentio facta

In Capitulari nostro, adest sepultura Fratrum nostrorum, pro quibus, omni septimana persolvitur Officium Defunctorum. Inter hos, quiœscunt etiam corpora V. Dominici de Seciecinio, EcclesiæCathedralis Gnesensis Cancellarij, & B. Rudolphi, Provincialis Poloniæ, qui uno eodemq; die mortui, in eodemq; sepulchro, ad invicem in amplexu inventi sunt, de quibus supra notificatur.

Ambitus hujus Cōventū quadrangularis sat amplius & Majestuosus, per quem Processiones diebus solemnioribus, cum Sanctissimo fiunt, cuius parte una, adiungit appè sæ Imagines, Historias Sanctorum Ordinis nostri representantes, in altera ejus parte, circumcirca ambitum, penes Protellam majorem Imagines Episcoporum, ex Ordine

nostro assumptorum, variarum Dioecesium Regni Poloniæ.

Porta Cōventū amplissima, Imaginibus repræsentantibus Historias Ordinis condecorata, penes quam fundata est Apothecaria, cum suis officinis, ac Infirmeria.

Bibliotheca nobilissima, & amplissima, desuper laminatione ductili contecta. In diversis materijs cōtinens Libros, optimè dispositos, tum S. Scripturæ expositorum, tum Theologorum, Juris Prudentiæ, Historicorum, Oratorū, Concionatorum, & varia instrumenta Mathematicam, & Geometriam concernentia. Manet adornata, varijs Imaginibus SS. Patrum selectissimorum, Virorum Prudentiâ, Scientiâ, zelo religiosæ observantiaæ cæterisq; virtutibus lucentium.

Habet hic Conventus varia Privilegia sibi concessa, à Commissarijs S. Sedis Apostolicæ, & specialiter à Rndmo Patre Magistro Damiano à Fonseca, cuius Decreta sancta Sanctissimus Dominus Paulus V. Pontifex Maximus, ad perpetuam rei memoriam pro hoc Conventu, & Provincia Poloniæ approbavit, & confirmavit.

Habet Studiū Generale, & ratham pro officijs Scholasticis, & tertiam partem Prædicatorum Generalium. Item ratham post duos Provinciales ex Provincia electos, tertius ex Conventu Cracoviensi eligitur: eadem ratha observatur pro electione tam Capituli Generalis, sicut etiam & Capituli Provincialis Definitorum, Priorq; hujus Conventū, tenet Titulum Vicarij Provincialis, per

contratam Minoris Poloniæ, habens sub sua vigilantia Mi-
nores Conventus, versibus ad finem hujus operis conscri-
ptos.

Huic Conventui Cracoviensi adjuncta est Ecclesia
murata S. Ægidij Abbatis, cum domibus, sive ædificijs,
huic Ecclesiæ annexis, ac domo Aulica Illustrissimi Do-
mini Felicis Czerski, Judicis Terrestris Cracoviensis, &
Joannis Comitis de Tęczyn, quod totum approbavit, suo
speciali Decreto SS̄m̄ Dominus Gregorius XIII. Ponti-
fex Maximus, per suam Bullam. Bona Terrestria Nobilit̄
huic Ecclesiæ assignata, & collata Gorkam videlicet, &
Sadowie incorporavit, & consociavit.

Ecclesia hæc S. Ægidij Abbatis, ædificata est Anno
Domini 1082, à Vladislao, & Juditha Screnissimis Princi-
pibus Poloniæ, in recognitionem suæ charissimæ Prolis,
sibi concessæ per intercessionem hujus SS̄m̄ Abbatis.

Ibidem Cracoviæ adest Ecclesia cum Monasterio Sa-
cramentalium Virginum Nostri Ordinis Velatarum secun-
di habitus, sub Titulo Gloriosissimæ Virginis MARIAE-ad
Nives, fundata ex munificentia Illmæ, & Excelsmæ Dñæ
Annæ de Ruscie Lubomirska, Castellanæ Voynicensis.

Ad hanc etiam Conventum SS. Trinitatis, spectant alia
duo Monasteria VV. Sororum nostarum Tertij habitus de
Poenitentia nuncupatorum, majus, & minus appellatum
Monasterium, horum primum, fundatum est Annō Domi-
ni 1455. ab Illm̄a Domina Catharina Michałowska, Castel-
lana Cracoviensi.

Se;

Secundum verò Monasterium fundatum est, ex collectis eleemosynis, variorum Benefactorum nostræ Religioni addictorum, cum observantia religiosa, & vita cōmuni introductâ.

Conventus Osvecimensis SS. Crucis

Brevi intervallo temporis, post erectum Conventum Cracoviensem, hic Conventus fundatus est, adhuc temporebus D. Hyacinthi, à Vladislao Mieschone, Serenissimo Principe Osvecimensi, cum sua Serenissima Consorte Eleonora, qui primi, Aream pro ædificando Monasterio, & Ecclesia donarunt, cum hortis in longa platea, & aliquibus Agris; pro consemminationibus designatis, ac Molendino supra flumen Soła. Ast post mortem horum, ac D. Hyacinthi, in semialteram decadem annorū, dum variæ se-
ctæ, præsertim verò Arianorum, & infidelium Judæorum in hanc Civitatem inventæ sunt: impij Arianii Fratres nostros expulerunt, Monasterium, & Ecclesiam diripuerūt, & in Fanum Arianum converterunt, per centum quinquaginta circiter annos ibidem incolentes.

Dùm ulterius cogitant demolire prius hanc Ecclesiam nostram, incipiunt muros, superiores vastare, tectū Ecclesiæ deijcere. Et ecce ! conspiciunt quandam personam, in habitu nostro se præsentantem, seq; monentem simulq; minitantem, nē hanc structuram in ruinam mitterent, hi autem adhuc in suo perverso conatu persistunt, monet secundo & tertio.

Non obtemperantibus, Ipse met uincitur DEUS; qui locum hunc sibi delegerat pro persolvendis laudibus à Fratribus nostris Illi enim, qui supra muros stabant, deorsum detrusi, cervices fregerunt, & exinanimes facti: deorsum pariter demoliētes, cæci, ac muti facti sunt impij Ariani.

Post hos ergo centum quinquaginta annos, solemniter reintroducti sunt Fratres nostri, ubi usq; modo persistunt, penes quidem suam pauperiem, & Dei Providentiā per manus pijissimorum Benefactorum sustentantur, & conservantur. Adest in hac Ecclesia gratiissima Imago SS. Deiparæ Virginis, plurimis miraculis clara, ejus ope ac speciali Patrocinio Incolæ, & circumvicinæ Civitates felicissimè perficiuntur.

Insignes Benefactores habet Illustres Nobiles, ac Civis Osvecimensis principatus, Ivanscios, Miroslavios, Michoncios, & Perillusrem, & Admodum Rndum Dnum Stephanum Waniewski, qui speciali favore ductus, pro ulteriori reparatione Conventū certam summam Fratribus nostris obtulit.

Conventus Sandomiriensis, Sancti Jacobi Apostoli & Divæ Magdalene.

Extra muros antiquæ Civitatis Sandomiriæ in monte extabat Ecclesia murata, sub Titulo S. Jacobi Apostoli, fundata à Serenissima Principissa Stolcide Domicilla, Casimiri IV. Poloniarum Regis Filia: cum adjutorio Fratris sui Principis Leschonis, Annō 1224. Hæc postea ab Ivo-

Ivōne Odrowānſio, Episcopō Cracoviensi, D. Hyacinthi,
 & Fratribus nostris oblata est, & ex derelictis Adleydis
 Sororis, Principis Lelchonis, ab eodem pientissimo Epi-
 scopo, Conventus sat amplus, ac muro cinctus ædificat⁹,
 in quo temporibus B. Sadoch, Prior Sandomiriensis, 49.
 Fratres inhabitarunt, & à Tartaris, sub tempus Antiph:
 Salve Regina, trucidati sunt, quorum memoria quot an-
 nis recolitur &c. 30. Octobris.

Sub idem spatium temporis, fundatus est alter Con-
 ventus intra muros ejusdem Civitatis, sub Titulo D. Ma-
 riae Magdalenaæ, à Leschone Albo Principe Poloniæ, cui
 in dotem, data Villa Juguszow dicta, per Tribunal Regni
 evicta, & adjudicata.

*Conventus Gedanensis, S. Nicolai Episcopi, Et
 Confessoris.*

A Serenissimo Duce Pomeraniæ Suszopełko, de Con-
 filio, & consensu Illustrissimi Michælis Episcopi Vlad-
 slaviensis, Annô Domini 1227, die 20. Januarij funda-
 tus est.

Habet Insignem, & famosissimam Ecclesiam Parochi-
 alem, cum cura animarum gentis Poloniæ, & Alomanæ.
 Item Capellam S. Ursulæ, in qua Domini Alomani suam
 persolvunt devotionem, habentes Concionatorem matu-
 tinum, & pomeridianum, sicut & gens Polona.

Infelici Annô 1526, dum Cives Gedanenses, Hæresi
 Lutherana imbuerentur; pepulerunt tunc à Cōventu Fra-

tres nostros nihil nisi vitam secum efferentibus, nam in omnia phanatici desævierunt.

Supellectilem copiosam sacrarij, vasa aurea, & argentea, clenodia summi pretij, sacra paramenta ex Senatus impij consulto, quin & Privilegia, munimenta Monasterij, sacrilegis manibus ablata, in commune prætorij ærarium retulerunt.

Peste ibidem grassante Gedani, 1564, dum Pater Daniel Prior, cum cæteris Fratribus nostris eadem, interierunt: Illico Senatus Gedanensis, iterum in Monasterium involat, illudq; occupat, donec ad supplicationes Patrum nostrorum, Melchioris Mostycensis, & Hieronymi Cyranii, Perillustres Sacræ Regiæ Majestatis Sigismundi Augusti Poloniarum Règis, Clementissimi Comissarios, videlicet Joannem Kostka, Castellanum Gedanensem, Georgiū Ostrovicium, ViceCamerarium Margeburgensem, Gasparum Laski, Abbatem Olivensem, jussu, & edicto Regio, ægrè, sed non integrè, Fratribus nostris restitueretur, anno Domini 1567, die 20. Augusti.

Cùm primùm autem ad eos, Nuntius detulisset, quia Serenissimus Rex Stephanus Batori, ditionis Gedanensis Zulanam, ferrō igneq; popularetur, exemplò stipendiarium Militem suum, in Conventum truserunt, & die 26 Septembris, furore perciti in Monasterium irruentes, Fratres nostros qui supererant, alios percutiunt, alios in ergastulum vincitos coniiciunt, nemine prohibente & usq; illa diripiunt.

Nec

Nec contenti rebus istis, sed & Ecclesiam locū DEO dicatū intrantes, spinam Coronæ Dominicæ, insigne clenodium prophanaverunt, Imagines sacras de jecerunt, Altaria everterunt, cæteram superlestilem sacrarij, quæ pri ori furori sepererat clenodia, sacras vestes, Privilegia Cō ventūs, & omnem Ecclesiæ ornatum abstulerunt, in usq; quoq; profanos converterunt.

Divinissimo etiam Eucharistiæ Sacramento, non percuerunt, illud è Pixide argentea, in terram prœjciētes, pedibus suis spurcissimis calcârunt.

Bibliothecam in Conventu refectissimam, vetustissimis, ijsq; optimis Authoribus vastarunt: Librosq; partim delaceraverunt, partim excusserunt.

Quidam ad Crucifixi Imaginem, quæ adhuc perstacit in medio Ecclesiæ, admota scalâ ascendit, in securi, & a scia demolitus eam, super trabem; cui stipes Crucis in barebat sistens: semel & secundò asciam vibrat, lignumque Crucis scindit; tertio elevat manum, ictumq; gravorem dare arbori nitebatur. Et ecce! vi impetuq; quodam, licet firmiter se se teneret, omnibus inspectantibus in terram proturbatur, & in momento quasi horæ, cœrvicibus, cruribusq; fractis exspirat, frustra cum cæteris juvantibus, fugientemq; ad inferos animam, in exanimi corpore quarentibus.

Moleste eam rebellionem furoremq; ferebat Rex Serenissimus Stephanus, quamobrē cum Civitate potitus es-

set? rebellesq; Hæreticos sua servitute compescuisse, Religioni Conventū restituere, gravi edictō præcepit. Restitutum est hoc Monasteriū Fratribus nostris, altero post anno, quo pulsi erant.

Regressi Fratres nostri ad Conventum, omnia infesta reperierunt. Ecclesiam devastatam, Imagines sectas, & semiustas. Altaria eversa, fores omnes effractas, supellestilem universam sacrarij, & Domus direptam, Cives adhuc minas cædesq; spirantes, quo se alerent, quo tegerentur, non inveniebant.

Indoluit eorum Vices Illustrissimus Antistes Stanislao Czarnkowski, Episcopus Vladislaviensis, vidit, & oviculas suas Gedanenses Hæresi pestiferâ contaminatas, & decis ad causas Ecclesiæ reducendis cogitavit.

In partem igitur curarum suarum, Fratres nostros (qui soli Gedani ex Clero remanserunt restituti) vocavit, ut Officium Parochorum, qui ab ovibus, illa tempestate expulsi fuerant susciperet, instanter postulavit, & voluit.

Et nè cum periculo vitæ ostiatim de quotidiano vita emendicando, essent solliciti, ex redditibus Episcopatus sui Vladislaviensis, certam summam bonæ monetæ inscripsit, & cum zelo Successores suos adhortatus est, ut tam Sancto Instituto facerent satis, nisi omnino perire fidem Catholicam, apud Gedanenses malit. Viros etiā, ne dūm vitæ sanctimoniam, verum sapientiam, ac zelo Verbi DEI ardentes, etiam ab ipso principio erectionis hujus

Con-

Conventus habuit, & semper habet quos edidit, & edit
usq, ad præsens sæculum, pro honore Provinciæ nostræ Co-
loniæ desudantes, ac in præsentî tempore post Capitulum
Luceoriense celebratum, Annô Domini 1749, cum omni
rigore omniq; eliminata dispensatione acceptavit regula-
rem, ac strictam observantiam, promovente eandē Adm:
Rndo Patre S. Th: Magistro, Patre Antonino Lang, Prio-
re loci, ac Patre meritissimo in Provincia nostra, tum in
Scholasticis, tum in sacris Cathedris, etiam actu laboran-
te, & desudante pro honore Religionis Sacræ, & decore
sui nativi Conventus Gedanensis.

Conventus Posnaniensis.

In Metropoli Majoris Poloniæ Civitate Posnaniensi,
Paulus Episcopus, dè consensu sui Venerabilis Capituli, in
Oppido Srzodká dicto, primò fundavit hunc, Conventum
ad Ecclesiam Parochialem S. Margaretæ Virginis, & Mar-
tyris, quam postmodum post nostros Fratres, obtinuerūt,
& tenent Reverendi Patres Congregationis S. Philippi
Nerei, Annô Domini 1201, supra trigesimum.

Serenissimus poslea Dux Majoris Poloniæ, cum Fra-
tre suo Boleslao, consentiente Bohuphallo, ejusdem Civi-
tatis Episcopo, indè translulit ad Civitatem, ad Ecclesiā
Parochialem S. Gothardi.

Hæc successu temporis, à varijs Benefactoribus No-
bilibus, & Civilibus reædificata, translata hac Parochiali
ad Ecclesiam S. Adalberti, Archiepiscopi & Martyris, Pa-
tro-

troni Regni Poloniæ in suburbium, S. Patris nostri Domini Nomen, & Titulum accepit, sat eleganti in optima dispositione, & Architectura exstructa est, coloribus excellentioribus depicta, cum suis Altaribus, & Ambona, depictis, & deauratis.

Formas Chori minoris, structura ingeniosâ, habet cōfectas, in quibus ex una parte chori, historia vitæ, & miraculorum SS. Patris nostri Dominici sculpta demonstratur; In altera vèrò parte Chori, sinistri pariter ex sculpta vita, & miracula S. Hyacinthi, Patroni Regni Poloniæ, cōspiciuntur.

Sacristia, & ex opposito ejus Gazophilacium, in quo argentaria conservantur, & SS Reliquiæ, duo candelabra & alta argentea, quæ in solemnitatibus portantur ab Acolythis.

Inter has Sacras Reliquias, eminent duæ particula, ad instar Crucis Episcopalis aurocinctæ, vivifici, ac salutiferi ligni SS. Crucis, in quo Christus Dominus salus mundi pependit, humanoq; generi vitam Cœlestem præparavit.

Has duas particulas mediocres, quidam stipendiariū Miles Serenissimi Poloniarum Regis, Sigismundi tertij in Moschovitica expeditione, in quodam Monasterio Moschovitico, ex cuiusdam Græci Ritū Episcopi, collō linea serica pendulam detraxisse fassus est. Quod sine ullo dubio veri simile erat, multa enim opima, & insignia, nec nihilo æstimanda spolia, Milites Polonorū ex Moscoviticis

Re-

Regionibus, dum ibi prænominatus Serenissimus, ac Invictissimus Sigismundus III. Rex Poloniæ bellum gereret, in Poloniā exportaverant, & adduxerant.

Pater Vincentius Senkovius, has ligni vivifici particulas, à præfato stipendario Milite Joanne Piwko, acquisiverat assignatus enim pro Prædicatore Ordinario, ad Conventum Loviciensem, quo cùm jam unius integræ hebdomadæ iter peregerat, impulsus tandem quodam Divini Spiritus afflatu, confidens intercessioni Beatissimæ Virginis MARIAE, nec non S. Vincentij Patroni sui, frætusque divinô auxilio, potiendo, aliquando dictæ S. Crucis ligno, & prædictum Joannem Piwko, Lublini cōmorantem noctu, cum maximo vitæ suæ periculo, & in eodem itinere, Lublinum rediit. Cui data solutione argēti, pro illa particula SS. Crucis ad se illam recepit, retinuitque tamdiu, donec illam Patri Magistro Georgio Trebnicz, Priori Posnaniensi, ac Vicario Majoris Poloniæ, ad manus derit, Conventuiq; Posnaniensi donaverit.

Ante autem hanc donationem, hujus vivifici Ligni non defuit DEUS, quin ascenderet patefaceretq; virtutē prædicti Sacri Ligni, in locis enim plurimis, lotio ejus, multum mortalium curandis ægritudinibus, & morbis profuit.

Imprimis Lovicij, Prælati Ecclesiæ scilicet Rndmus Dominus Nicolaus Shiernovita Juris utriusq;. Doctor Officialis Loviciensis Svetoslaus Sarnowski Ecclesiæ Cathedralis Metropolitanæ Gnesnensis Cancellarius, & Parochus Stradiensis,

ordinariusq; ex præfata Archi Diecæsi pro Tribunal Regni
Iudex, ostensum sibi à præfato Patre Vincentio Senkovio hoc
S. Crucis Lignum summa cum reverentia & veneratione, in
lapidea Domo præfati Rndmi Domini Nicolai Shierniovitz a-
doraverunt & oculati sunt, præfatusq; Cancellarius Guesne-
sis, non absimile, sed idem esse cum Ligno Lublini S. Crucis
in Ecclesia S. Nicolai Episcopi & Martyris, Ordinis Prædica-
torum extante, utpote oculatus fereq; assiduus & omni exce-
ptione Major Testis satis pertractatam & bene sensibus suis
visus & tactus perceptam, substantiam S. Ligni, Lublini ex-
tantis habens etiam quasi jurando asseruit uti quædam Ascilla
Nomine Sophia cuiusdam Civis Loviciensis Francisci Aurifa-
bri, quartanâ laborans, sumpta vini ablutione ex eodem S.
grucis Ligno convaluit, grataq; & memor beneficii accepti
Cratias Deo continuò egit. Ibidem Lovicii multos Cives a-
gros varijsq; morbis affectos, ejusmodi ablutionibus idem P.
Vincentius Senkovius juramento obstrictus adhuc ante suum
Lovicio discessum sanatos esse recognovit.

Ex hac nostra Ecclesia, tres sacras hostias exceperat mu-
lier quædam, ipso die Assumptionis B.V. M. Annô Domini 1399
Phæbo medio absentibus alijs. Hæc accedens ad Altare, ter-
timore percussa abit retro tandem surgit & referat Ta-
bernaculum, hostias tres minores levat, peplò obvolvit, clan-
destine egreditur, Hæbreis hostias sacras prodit Quæ ad testu-
dinem deferuntur, measq; proiecuntur, cultris lacerantur,
punguntur: ex quibus manat vivificus crux & decurrens, ca-
cam à nativitate mulierem, Hæbream sanat.

Stupent singuli & exanimantur, facinus celare conten-
dunt, hostias siadone involvunt, extra Civitatem viâ Castren-
si alportant, ac paludi immergunt.

Claudus, in porta Elæmonianam rogitans, à prætereunte
san-

lanatur, agōnizans ad vitam revocatur & exclamat Christum iterum crucifigi! Solis die, infra Octavam Assumptionis gloriosissimæ Virginis elevantur motu Divino in altum sacræ hostiæ conspiciuntur à pastore pecorum, & Paulo Infante, procumbunt & adorant armenta, res ad Senatum defertur. venit Antistes Albertus secundus de Domo Iastrzembiec cum Clero, sublevat hostias, castus Joannes Præsbyter. Ducuntur processionaliter, ac in sacrario D. Mariæ Magdalena reponuntur ast inde migrant virtute Divina, & ad pristinum redeunt locum. Quare constructur sacellum per Vladislauum stirpis Jagiellonicæ, Pium Regem, hoc Regale quod modo est templum, in quo prædictæ hostiæ per Patres Virginis Mariæ de Monte Carmelo asservantur & adorantur.

Judæi vero indicio Sangvinis proditi, flamnis exusti remanserunt, una cum sacrilega muliere.

Adest seorsiva & satis ampla Capella SS. Rosarij B. M. V quæ pro Ecclesia reputati potest pulchris exornata picturis, per totum: quinq; Altaria continens. In altari Majori extat Imago glorioissimæ Virginis DEI paræ miraculis claræ, prout plurima sunt seorsive adnotata in speciali libro ad hoc comparato. Rosarij quoq; utriusq; SSmi Nominis adest pientissima devotio, & quolibet die Sabathi missa votiva decantatur per Musicos de sanctissimo Rosario, fitq; processio per ambitum in feriorem Conventus, cum Litanijs Lauretanis & frequentia de voti Populi ad Beatissimam Mariam Virginem copiosa, ac solemnitas aliqua celebraretur.

Adest & Capella S. Hyacinthi cum tribus copulis erectis in qua vera effigies S. Hyacinthi repræsentatur, in lateribus vero ejusdem Capellæ, ac ipsis copulis, extat eleganter depicta vita ejusdem, & aliqua miracula repræsentantur. Quem Alma Civitas Posnaniensis sibi delegerat in specialem Patro-

num ac Protectorem in diluviis aquarum, & omniq; Anne Dominica in Octava Ejusdem, Missa Votiva solemnis in concurso totius Civitatis persolvitur cum supplicationibus solitis.

Ambitus hujus Conventus Quadrangularis, conspicitur satis amplus, per quem Processiones diebus solemnibus cum Sanctissimo fiunt, in quo adsumt Majores appendae Imagines historiam Sanctorum Ordinis nostri representantes. In eodem quoq; ambitu extat locus Capitularis ornatusq; manet pietatis, Quatuor Ordinum mendicantium.

Bibliotheca satis ampla & optimè disposita continens Libros in diversis materiis & variis linguis, optimè collocatos in suis bancistam S. Doctorum, Sacrae scripturæ expositorum, Theologorum, Philosophorum, etiam diversarum sententiarum Authorum, Juris Prudentiarum, Historicorum Concionatorum, Oratorum, & A'cetarum.

Duo Refectoria habet pro commoditate temporum in quibus RR. Patres Professores tam Theologiaz quam Philosophiaz suas perlegunt lectures, circulos tenent, & Conclusiones mensiles sive ut vocant lunares defendunt & suos alios Scholasticos actus absolvunt.

Dormitorium superius sat longum & latum, permodum Crucis dispositum, cum Novitiatu seorsivo.

Fovet studium Forum manutenebat duos Theologia Professores, & unum Philosophiaz

Extant Privilegia Serenissimorum Regum, huic penes foundationem Conventui concessa, & imprimis Przemislai Ducis Poloniaz, in Fluvio Wartha & lacubus per circuitum adjacentibus piscandi, quod Privilegium confirmavit Sigismundus Augustus Rex Poloniarum, ac cæteri Ejus Successores. Item Privilegium Stephani Regis 1580 ut locus Patronum Ordinis Praedicatorum, ipsorum Cemetorio Ecclesiæq; vicinus, in quo sor-

sordes partim à civitatibus, partim à fætidis Judæis congregabantur, in posterum ab immunditiis, immunitis semper existat & permaneat Idem serenissimus Rex Stephanus, confirmavit Contractum per Piscatores factum Anno 1586 Et Sigismundus Tertius dedit literas contra impedientes utrum liberæ pescationis in Wartha Fluvio & lacubus adjaceatibus.

Item, Serenissimus Rex Stephanus confirmavit venditionem Villæ Umułtowo per Venerabile Capitulum Połozanie niente resignatam per Idem Venerabile Capitulum Conventui Połozanie niente in Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octauagesimo Quinto.

Sigismundus etiam Rex Poloniae confirmavit Resignationem Villæ Bulz'wo Majus Anno 1631.

Vladislaus Quartus Resignationem Villarum Chomecice & Dąbrowka confirmavit Anno Millesimo Ixcentesimo Trigesimo Tertio factam per Generosos Dominos Petrum Osiecki, in perpetuum cum omnibus partibus Generosi Domini Alberti Rosnowski,

Hæc omnia Privilégia & Jura huic Conventui concessa confirmavit & approbavit Vladislaus Quartus eodem, quo supra Anno.

Conventus Culmensis.

Erectus est cum sua Ecclesia sub Titulo SS. Apost. Petri & Pauli ab Ilmo Domino Hermano de Salice Magno Magistro Theutonum Anno 1228 At fundationis documenta partim per trinam conflagrationem, partim per disruptionem hostium Patriæ extincta sunt: Etenim hi, Jura omnia ex Cancelaria Civitatis rapuerunt simul cum libris inscriptionum: Foundationis. Quare Fratres Nostri ex pia tantum Beneficiorum Nobilium & Civilium Eleemosinâ vivunt & sustentantur & licet aliquarum inscriptionum habeant notitiam, cum magna

tamen difficultale censum aliqualem & fere ex misericordia percipiunt & Conventum reparant & augent quantum possunt Deo juvante.

Conventus Plocensis.

Hunc Conventum Serenissimus Conradus Dux Mazoviz sub Titulo SS. Patris Nostri Dominici ac Divæ Mariæ Magdalena singularis Patronæ Ordinis Nostri fundavit Anno Domini 1234. Huic adjunxit & alteram Ecclesiam sub Titulo SS. Trinitatis, quam Serenissima Alexandra soror Vladislai Jagellonis, Ducissa Mazoviz restauravit & copiosa atq; pretiosa suppellestili ornavit Anno Domini 1046.

Illi⁹ vero & Reverendissimus Dominus Laurentius Golicius Episcopus Posnaniensis, vindicta Libertatis Religiosorum, Pater & Defensor, suam Bibliothecam multo auro & diamantam, Conventū istius esse propriam voluit, & libere dōnavit.

Fovet Novitiatum & studium manutenens duos Professores, unum S. Theologiaz & alterum Philosophiaz & tres Concionatores, Horum primus ordinarius Conventū alter Ecclesiaz Cathedralis Ploccensis, Tertius vero Ecclesiaz Parochialis SS. Trinitatis.

Protectrix & Specialis Patrona D. Maria Magdalena plurimum juvit hunc Conventum post conflagrationem ejusdem quando eidem pro restauratione reparatione ac alimonia Fratrum suorum inspecie cuiusdam p̄ix Matronaz summam pro reparatione sufficientem, Eadem obtulerit, qua redditu, statim disparuit: Compertum autem est Eam fuisse, ex Imagine ejusdem in Altari Ecclesiaz depictaz.

Quare gratitudinis ergo qualibet feria secunda per annum, Missa Votiva de eadem Sancta à Fratribus Nostris cantata, in Honorem Ejus, persolvitur.

Pro obligationibus perpetuis ex fundatione census percepit, & satisfacit, majori ex parte Eleemosynis Benefactorum sustentatur.

Sacrarium amplam & Refectorium cum suis Officinis commodis conservat, & argenteriam Ecclesiasticam diligenter custodit.

Conventus Sochacoviensis.

Hic Conventus habens Ecclesiam sub Titulo S. Nicolai Epilcoli & Confessoris fundatus est ex collectis Eleemosynis Serenissimorum Ducum Mazoviæ Annò Domini 1235. quam condecorat Imago Gloriosissimæ Virginis Mariæ amplissimis miraculis clara, ad instar Madriti in Hispania depicta, à Ducibus Mazoviæ donata Quam incolit totulq; Districtus terræ Sochacoviensis suum Asylum & unicum refugium in suis necessitatibus infirmatibus varijsq; periculis appellant & venerantur.

Habet certum prædiolum cum suis incolis sylvam, & campos pro conseminationibus, tam Vernalibus, quam Hyemalibus, ac præfa varia plurimum tamen manus Benefactorum eos sustentat, & conservat.

Conventus Præmisliensis.

Conventus Præmisliensis Ordinis Prædicatorū, prima sua fundamenta per S. Hyacinthum obtinuit. Nam circa Annum 1241, quo tempore S. Hyacinthus, per Russiam Verbum DEI prædicans; Conventus Kijoviensem, Haliciensem, & Leopoliensem fundabat, Præmysliam veniens locum pro Conventu, à Vladimiro pro tunc Duce Russiae, per S. Hyacinthum ad unionem Ecclesiæ converso, impe-

travit, atq; in eo loco pijs Fidelium eleemosynis erector
est insignis Conventus, & Ecclesia circa Annam superiorum
specificatum, sub Titulo Annuntiatæ B MARIÆ Virginis.

Et cum in hac Civitate saepius ingentia incendia exorta fuerint, non una, sed tria subsecuta est Conventus, & Ecclesiæ conflagratio, attamen, tam Fratrum nostrorum indefessa curâ, quam fidelium pia contributione à reiteratis ædificationibus, ijsq; semper validioribus minimè cessatum est. Ita ut Annô 1614, & Ecclesia cum decentissimo apparatu, & Conventus sat amplius planè in toto steterint, atq; à Capitulo Provinciali hocce Anno in Conventu Varecensi celebrato, Noviciatus in dicto Conventu designatus: paulo post autem ope, ac munificentia Illmæ Domine Elisabethæ Korniatowa. Hicce Conventus in materiale, deinde formale studium, erector est.

Ast Anno 1638, per ingens incendium, quo tota ferme Civitas, in cineres redacta fuit, etiam Conventus noster, cum sua Ecclesia iterum absemptus est.

Faventibus tamen Superis, & succurrente insigniorum Terræ Præmisliensis Nobilium munificentia, in perfectiorem formam, & statum Conventus cum Ecclesia assurxit, prout ad præsens cernitur.

Primum, & præcipuum ornamentum decus, & gloria hujus Ecclesiæ, est Icon Beatissimæ Virginis MARIÆ, ex albo Alabastro, per modum sedentis cum parvulo IESU, estq; illa, quam S. Hyacinthus ex Ecclesia Kijovien-

si,

ū, simul cum SSmō Sacramento, non sine magno miraculo, ob gravitatem illius Iconis, eduxit, atq; transtulit.

Hæcce Beatissimæ Virginis Imago , seu statua , uti à principio , ita & in dies continuis gratijs , & miraculis claret , per eandemq; DEUS Ter Optimus Maximus, undiq; confluentibus populis, incessanter sua auxilia, & gratias elargitur, quæ omnia in Archivo Cōventus fideliter, & Authenticè annotantur.

Est quoq; in hacce Ecclesia , Imago SS Patris nostri Dominici de Suriano, cum Authentico subscripto, ab undecim Patribus Conventus Suriani, per Patrem Lectorem protunc Badowicz, Filium hujus Conventus, exinde reducem asportata: atq; penes solemnum, tam Cleri sacerularis, quam Regularis assidentiam, cum Processione in Ecclesiā delata, atq; in Altari pro eadem Imagine, per Magnificū Dōminum Gabrielem de Bircza Birecki, Notarium Terræ Præmisliensis, erecto reposita manet.

Penes hanc Introductionem , Consul hujus Civitatis Dominus Joannes Czernek , diu defectu auditū laborans, integrā sanitatem recuperavit.

Extant & aliæ Imagines, SSmī Nominis JESU , SS. Rosarij. In ambitu verò Conventū, Imago Consolacionis Beatissimæ MARIÆ Virginis , & in alia parte, Christus Dominus Columnæ alligatus, penes quas Imagines populus fidelis nō semel se singulares recepisse gratiū testatur

Præcipuis Reliquijs Sanctorum, gaudet hic Conven-

tus, uti SS. Patris nōstri Dominici, digito integro majoris pedis. S. Hyacinthi parte manūs, S. Mariæ Magdalenaæ insigni particulâ, S. Vincencij Ferrerij, & aliorum plurium Sanctorum.

Viros etiam vitæ sanctimonia sapientia, ac zelo Verbi Dei pollentes, non defuisse etiam à principio, cōstat, prout superius adnotavimus, quantum de notitia illorum habere potuimus.

Subsequentibus etiam Annis Magistros S Theologiæ, & Viros ingenio, & pietate præstantes hic Conventus, etiam usq; ad hæc tempora edidit, & edit pro honore Provinciæ nostræ desudantes.

Conventus Varecensis.

In Civitate Vareensi, fundatus est noster Conventus cum Ecclesia tituli S. Stanislai Episcopi & Martyris, à Serenissimis Ducibus Mazoviæ, Troideno, & Boleslao, Anno Domini 1279, Princeps vero Semovita, addidit provenitus pro sustentatione Religiosorum, & varia supellectili decoravit Ecclesiam, cæterum Benefactorum manus plus eisdem confert, juvando eleemosynis.

Conventus Brestensis in Cujavia.

Hunc Conventum Serenissimus Princeps Casimirus, Anno Domini 1262. fundavit. Habet Ecclesiam satis amplam, sub Titulo S. Michaëlis Archangeli, & dotem necessitatibus Ecclesiæ, & sustentatione Fratrum nostrorū in summis certis, pro obligationibus perpetuis Conventui

in scriptis in Bonis Nobiliūm, propinationem etiam cerevisiae cæterorumq; liquorum sibi à Principibus habet concessam, nec non tria molendina aquosa.

Conventus Torunensis.

Illusterrimus, & Excellentissimus Dominus, Flanno de Saygierhäusern, septimus Magister Prussiæ, hunc Conventum Torunensem fundavit, Annō Domini 1263, in Mense Aprili, super fluvium Bakka nuncupatum.

Habet Ecclesiam sub Titulo S. Nicolai, Episcopi & Confessoris, in qua deposita est Imago Gloriosissimæ Virginis MARIAE, miraculis clara, ad quam tanquam ad Asylum, & unicum refugium in cunctis necessitatibus, ac periculis devotus populus confugiens, suarum petitionū sortitur effectum: ambitus interior sat magnificus, per quem solemnioribus diebus fit Processio, cum SS. Sacramēto capitulare, atq; Refectorium amplum, & honorificū.

Privilegia habet sibi concessa piscandi in ombibus fluvijs lacubus, & stagnis. Nec non propinationem liberam sibi, à Serenissimis Regibus Poloniarum concessam, cerevisiae aliorumq; liquorum, per tot Comitia Generalia Regni approbatam, & confirmatam, insuper villam dictam Kaszczorek.

Studium formale introductum est ad petitionem totius Provinciæ, per Reverendum Patrem totius Ordinis Magistrum Generalem, p. m. Patrem Thomam Rypoll cōcessum, ac per modernum Rndnum Patrem Antonium.

*Conventus Siradiensis, Sancti Stanislai Episcopi,
Et Martyris.*

Fundatus est à Casimiro Duce Cujaviensi, Lanciciē-
si, & Siradiensi, circa Annum Domini 1260, accitis Fra-
tribus ex Conventu Cracoviensi, vastatus à Cruciferis,
operā Patris Magistri Felicis Siradiensis, & olim Provin-
cialis Poloniæ, nec non Patris Martini Nepelscij, & Prio-
oris ejusdē Conventus, restauratus in hanc modernā formā.
Narrat Miechovius, Annō Domini 1331. Dum hi Crucife-
ri Regulares, Irregulares, Poloniam incursione praopinā
popularentur, Siradiam quoq; ingressi, cuncta abripiebāt:
tunc Pater Nicolaus Prior in Monasterio Siradiensi, Ordi-
nis Prædicatorum provolutis genibus Hermanum cōmen-
datorem Elbingensem, præcatus est, ut à spolio, & incen-
dio Monasterij abstineret. Qui superbè respondens in vul-
gari Pruthenico, senori intelligere, ait: quapropter unā
cum alijs in Monasterium irruit, calices, Cruces, & or-
namenta, fortunas diversorum hominum Nobilium, & Ci-
vitatensium, illuc cum bonis suis, causā conservationis fu-
gientium abstulerunt. Religiosos cappis, homines verò u-
triusq; sexūs indumentis usq; ad extremam denudationem
exerrentes. Auctus est hicce Conventus aliquibus censi-
bus, studio, & labore Patris Felicis, Magistri Siradiensis, o-
lim vigilantissimi Provincialis, trium Ducum Cujaviensi-
um sepultura dotatus.

Habet Privilegia, & concessiones à Serenissimis Ré-
gibus Poloniæ, pro quinta mensura brasei, Serenissimus
namq; Vladislaus Rex Annô Domini 1416, feria secunda
post Dominicam in Ramis Palmarum, de data in Villa
Brodnia, quintam mensuram brasei, de molendino Regio
antiquis temporibus, hic Siradiæ ad Ecclesiam SS. Trini-
tatis, sito perpetuo, dedit, donavit, & largitus est cum
obligatione, ut ad laudem Omnis Sanctorum, in reme-
diū peccaminum suorum, ac tranquillo Statu Regni sin-
gulis, tam festivis, quam ferialibus diebus, una Missa de
Beata MARIA Virgine, alto voce decantetur. Pro salute
verò animæ suæ, & suorum Prædecessorum, ac suarū Con-
juguin, Serenissimarum Hedvigis, & Annae Reginarū Po-
loniæ, singulis secundis, quartis, ac sextis ferijs, Missas
pro defunctis, submissa voce perpetuis temporibus ut ce-
lebret Conventus.

Hæc quinta mensura brasei importabat, ut ex libro
consiliorum patet, Annô Domini 1647, die 22. Februa-
rij, quando data fuit in Arendam, pro uno Anno florenos
Polonicales trecentos, seu triginta scuta Monetæ Romanæ:
aliquando etiam vix ad medietatem hujusmodi redditus
attinebat.

Moderno vero tempore Anno Domini 1717, iste redi-
tus totaliter perijt, propter recessum fluvij Wartha, à di-
cto Molendino, & destructionem Molendini: nec datur
modus, ut Conventus prædictam fundationē recuperare
posset.

Habuit tres pescatores antiquioribus temporibus, unum adjudicatum Conventui, per Magnificum Dominum Drogestum, Capitaneum Siradiensem, in fluvio Wartha, Annô Domini 367, supra 1000. Alterum pescatorem legavit testamento, Nobilis Advocatus Siradiensis in fluvio Batka, Annô Domini 1390, cum obligatione, in Oratione Annuntiationis Beatæ Virginis MARIAE, ut pro anima ejus decantetur Missa, cum Officio Defunctorum perpetuis temporibus. Tertius emptus est, à Reverendo Patre Chwalibogio, Priore Conventus in fluvio Wartha, Annô Domini 1210.

Ex his pescatoribus, nullus nunc possidetur à Conventu, tum propter recessum aquæ fluviorū, tum cū neq; Civitas ad summam pauperiem redacta, habeat aliquos arti pescatoriæ exercentes.

Habet prata pro colligendo fæno quotannis, primum dictum in Starzec, cuius medietas donata est Conventui Siradiensi, à Spectabili Michæle Braka, Cive Siradiensi, Annô Domini 1392.

Secunda medietas dicti Starzec, exempta est à Cive Siradiensi, nominato Sagay, Viro Proconsule Civitatis eiusdem, pro duodecim marcis grossorū monetæ Pragensis, per Rñdū Patrē Chwalibogiū Priorē, Annô Domini 1046

Tertium pratum dictum Kwatowska emptum est præ Conventu à Nobili Domina Catharina & ejus Marito Heredibus, pro Octo Marcis Grossorum monetæ Pragensis Anno Domini 1044.

Quartum pratum juxta Fluvium Kelek sub Villa Regia dicta Momice emptum à Nobili Jaksha de Kwiatkowice, pro pretio triginta Marcarum monetæ Pragensis, per saepius d: Etū Radum Patrem Chwalibog:um Preorem.

Hæc autem omnia prata nunc actualiter possidet Conventus & colligit de fæno per Annū currus circiter sexaginta, sliquibus tamen Annis, quando est inundatio aquarum, ex Fluvjs nec medietatem colligit cum omnia prædicta prata sita sita ad rippas fluviorum.

Macella tria habuit, varijs temporibus à Civibus Siradiensibus inscripta Annō Domini 1616, nunc vero nulla habet; quia ut plurimum per Judæos laniones in hac, per diversas incursiones Svecorum Molchorum, devastata Civitate divenduntur carnes.

Quæ omnia supra specificata & in unum collecta specificali privilegio, à Serenissimo Poloniatum Rege Sigismundo Augusto sunt roborata & confirmata Petricoviæ in convocatione Regni Generali Sabatho ante Dominicam Oculi Quadragesimalem Anno Domini 1552. actuata vero in Castro Siradiensi feria quarta, infra Octavam Corporis Christi Anno Domini 1617.

Habet agros in Indagine Siradiensi sitos, qualiter autem ni agri, quos nunc possidet Conventus, venerint in Possessionem certis documentis comprobari non potest: cum ex Testimonio Patris Presentati Gregorij Badowicz Prioris pro tunc Conventu in Annō Domini 1662. postoris relieto constet, quod tempore Svecorum & aliorum hostium Regni, una cum diversis Privilegijs à Serenissimis Regibus datis, in terra defessa asservabantur, putrida putrefactaq; illa esse: ut vix in alijs quidnam in se continebant dignosci posset.

Hoc tamen unicum reperitur quod ab Anno Domini 1625

Cives Siradienses de omnibus agris pér Conventum posseſſis, Solutionem contributionum Republicæ & Civilium extorque bant. Et si aliquando Conventus per diſugia Jurium Appellationumq; hujusmodi contributiones non solvebat: tamen per Decreta Caſtrenſia & Tribunalitia Regni compertum est, quod ad ejusmodi contributionem adi gehantur, ſicq; per longa Annorum tempora, utraq; pars, quaſi in continuis litibus exiſtebat.

Tandem ex Decreto noviſſime facto, in Radom, Anno videlicet Domini millesimo ſeptingentesimo Trigesimo Octavo in Judicijs Generalibus Regni Caularum Filii, assignati ſunt Comiſſarij pro utraq; parte ad videndum, audiendum, & quod iustum fuerit decernendum.

Hinc Rudi Patres Conventū, metuentes, ne in jungatur eis ſolutio omnium contributionum ab immemorabili tempore non ſolitarum, nec non in futurum perſolvendarum: hocce eodem Anno Patres Conventus cum Civibus Siradienſibus concordiam inierunt, in omnibus prætensionibus ad Conventum per Cives habitis, cefſionem fecit Conventus Civibus Siradienſibus.

Primo agros Czuryloſkie nuncupatos, ut pote in magna diſtantia à Conventu jacentes.

Secundo Summam Florenorum Polonicalium ſexcentorum alias ſexaginta ſcura Romanā inſcriptam, pro Centu Annuo in prætorio Civitatis Siradiensis à p. m. Patre Magistro Felice de Siradia pro tunc Provinciali Polonię Ano Domini millesimo Quingentesimo Nonagesimo Tertio re cedendo etiam à censu Annuo in perpetuum Cum hac tamen præcavitione, ne in posterum futuris temporib; contributiones ei agitis quos modo poſſidet Conventus, prætendant Cives. Ne Conventum aut Inquilinos noſtrios in aliquo etiam minime perturbent.

Quz

Quæ concordia latius in Anno Domini Millesimo Septingentimo Quadragesimo Octavo ad sonum Campanulæ Capituli ab omnibus Patribus & Fratribus subscripta est proprijs manib[us] sicut pariter in Prætorio Civitatis à tota communitate Proconsulis Consulibus vice Advocatis & Contuberniorum Magistris confirmata & sigillis munita cum subscriptione manuum.

Longum nimis esset, si circumferentiam horum agrotum quos actu possidet Conventus, in indagine Siradiensi exprimeremus cum non sint inter se contigui, sed sparsim, hic inde, inter agros tam advocatiales quam Civitatenses jaceant.

Solum ergo ex collectione frumentorum perceptorum in quolibet Anno poterit deveniri quanta sit latitudo & longitudo eorum.

Ex conseminatione itaq[ue]; hyemali colligit Conventus manipulorum sexagenas sexaginta.

Ex conseminatione æstivali colligit manipulorum sexagenas Octuaginta: hos autem agros cultivat Conventus proprijs aratis bobus; per Famulos Conventus, & est in obligatione dandi Decimam manipularem ex agris jacentibus penes agros Advocatiales, ad Ecclesiam Siradiensem.

Habet Villam Piaski dictam ab Arena hanc villam inscripsit Conventui Generosus Dominus Jacobus Piaskowski cum sua charissima Consorte de Domo Anna Dąbrowska Quorum unicus Filius factus est Religiosus in nostro Conventu Siradiensi Fr: Nicolaus Piaskowski pro obligatione perpetua duarum missarum in septimana Anno Domini 1628. in Castro Siradiensi. Circumferentia hujus villæ est stricta & exigua in agris & pratis, tam Prædialibus quam Clemeto natis, ita ut alternis vicibus, dum conseminationes colliguntur æstivales tempore messis in eisdem agris necesse est facere consemina-

nationem hyemalem, maxime in agris situatis in declivio ad rippam fluminis Wartha propter frequentem inundationem aquarum, ex praedicto Flumine.

Ex conseruatione hyemali **ex agris** praedialibus colligatur pro Conventu, manipolorum sexagenæ vulgo Kopp circiter quinquaginta.

Ex coaleminatione vero aestivali circiter septuaginta defano verò ex pratis colliguntur currus Triginta, tempore vero inundationis nec tertia pars colligitur.

In prænominata villa Piaslk Cmetones sunt quinq; qui colligunt agros tam Prædiales pro Conventu, quam Cmetonales pro se ipsis, aratris, bobus, equis alijsq; necessarijs ad hujusmodi laborem datis à Conventu: laborant autem quinq; diebus in septimana pro Prædio, sexta verò die pro se ipsis.

Quilibet Cmetonum dat census Anuo Florenos Polonicales tres & grossos sex, duos capones, ova triginta & unum Coretum Florum de lupinis, ad præparandam Cerevisiam.

Semicemetones sunt tres qui requisitis necessarijs à Conventu datis, per medium ut supra Cmetonibus laborant pro prædio, tribus diebus in septimana, reliquis verò diebus pro se ipsis, dant pro censu Anuo Florenum Polonicalem unum & Grossos octodecim Caponem unum, ova Quindecim, & medium Coretam Florum de Lupinis quilibet illorum.

I quilini, qui solum laborem manualem præstare, laborant duobus diebus in septimana & sunt numero sex. De censu Anuo nihil amplius dant quam quindecim ova, aliqui illorum una die in septimana laborantes, qui sunt quinq; nihil dant de censu anno pro Conventu.

Per medium hujus Villæ Piaslk transmeat annis parvus & vadous super quem situate sunt Molendina quatuor, hac tamen non semper nec siq; rotantur, propter penuria a-

quæ maxime tempore exficationis in estate, & congelationis in hyeme: hoc solum emolumentum Conventus habet, quia tam pro pane quam pro Cerevisia aliisq; necessarijs, alteris vicibus pro Conventu molunt.

Quilibet molitorum tribus diebus in septimana opere manuali laborant pro prædio, de censu vero Annuo, primus dat Florenos Polonicales viginti quatuor, alter Florenos novemdecim Tertius & quartus dant Florenos decem propinatio in dicta Villa potest importare Conventui pro Anno circa Florenos Polonicales centum Benefactores hujus Conventus jam demortui qui certas summas inscripserant Conventui, pro obligationibus perpetuis sunt hi Magnificus ac Gaoſus Dominus Franciscus Błeszyński Judex Caſtrensis Siradiensis M. ac G. Dominius Andreas Ruszkowski G. D. Sleszyński, G. D. Paşański, Catharina Tomicka, Catharina Mikołajewska, G. D. Paulus Zalewski Theophilus Ambroziewicz Civis Siradiensis G. D Stanislaus Rogozinski, Perillustris & Adm: Rndus Dominus Joannes Gorcki praepositus Szkalmirzyceus G. D. Adamus Węzyk, G. D. Sigismundus Widawski G. Domina Catharina Rogozynska, G. D. Remigius Zalewski lub Judex Terrestris Siradiensis G. D. Martinus Pruszkowski. G. D. Albertus Kobierzycki, G. D. Jacobus Piskowski, G. D. Jaraczewski G. D. de Starze Starczewski Notarius Caſtrensis Siradiensis, Gñ: Dna Maria Anna Biernacka Anna Dąbrowska, Præmislaus Szypowski, Franciscus Bartochowiski, Adamus Laskowski Franciscus Bartochowiski, Illustris Magnificus Dominus Cafimicus Alexander Zapolski, Adamus Borzewicki, G. D. Antonius Olszewski, G. Dna Catharina Ruszkowska Sigismundus Kobielski Perillustris & Rndmus Dominus Stanislatus Bałłowski Cantor Ecclesiæ Chelmensis Illustris & Mgcus Dominus Stanislaus Trzebicki Illustris & Mgcus Dominus Joannes

nes Thomas de Raciborsko Morsztyn Capitaneus Siradiensis, Illustris & Mgcus Dominus Ludovicus de Osini Węzyk Castellanides Terræ Wielunensis G. D. Stanislaus Kolczynski G D. Petrus Zaiaczek. Illustris & Mgcus D. Frorianus Lubenski Notarius Terrestris Siradiensis Illustris & Mgcus Dnus Petrus Oczeszalski. G. D. Joannes Radzimski. Illmus & Rndmus Dominus Woltowicz Notarius Magni Ducatus Litvaniae Canonicus Gnevnensis.

Conventus Opatovicensis.

Fundatus est hic Conventus à Rndmo Domino Thoma Abbe Tynecensi Ordinis S. Benedicti Anno Domini Millesimo Ducentesimo Octuagesimo secundo.

Hic enim Rndmus Abbas, Romæ sua pertractans negotia sub tempus Canonizationis S. Petri M.O.N. gravi infirmitate pressus, commendans se Illi Neo canonizato convalevit ac inde, Redux Conventum, & Ecclesiam sub titulo S. Petri M.O.N. fundavit & Fratres introduxit.

Pro dote ac obligationibus perpetuis habet aream & agros pro confelementationibus frumentorum tam vernalibus quæ Hyemalibus prope Monasterium atq; certas summas in Scriptas in Bonis Nobilium à quibus censum Annuum percipiunt. & obligationibus satisfaciunt.

Conventus Dorschoviensis.

A Serenissimo Principe Pomeraniae M. Szczugovio, fundatus est Conventus Dorschoviensis in Prussia, quinq; milliaribus distans à Conventu Gedanensi, Annô Domini 1289, die 8. Maii, habet Ecclesiam elegantem, sub Titulo Gloriosissimæ Virginis MARIAE.

Qui Serenissimus Fundator, in suo Principatu concessit

sit liberam scissionem lignorum, in suis bōrris, & sylvis,
nec non liberam piscaturam in Vistula flumine, & pro tra-
jectione per eundem nautum non solvendi : plurimum-
tamen ex collectis eleemosynis, variorum Benefactorum
sustentatur.

Ex fundatione pro obligationibus pérpetuis, habet
certas summas sibi inscriptas, à quibus censum annuūm
percipit, & satisfacit obligationibus.

Conventus Petricoviensis.

In Palatinatu Siradiensi, districtu Petricoviensi, ac Ar-
chidiācesi Gnesnensi, fundatus est hic Conventus cum Ec-
clesia, sub Titulo S. Dorothæ Virginis, & Martyris, à
Serenissimo Casimiro Principe Poloniarum, Annō Domini
1340, post conflagrationem ejusdem, & primævam fun-
dationem Serenissimæ Poloniarum Reginæ, dictæ Bona.

Habet certos proventus ex provisionib⁹s, à certis
summis in bonis Nobilium inscriptis, pro perpetuis obli-
gationibus, prout aliqua potuit restare memoria post hāc
conflagrationem, in qua, nedum Conventus, & Ecclesia,
sed & tota Civitas, pro Tribunali Regni electa, combu-
ta sunt.

Subsequentium tamen Serenissimorum Regum Polo-
niæ extant aliqua munimenta, & Privilegia Regia, ad a-
gros hortos, & prata, quæ antecedenter habebat Convē-
tus: cæterum plura obliveni tradita, & quovis jure re-
quisibili, quasi impossibilia ob defectum munimentorū.

Conventus Lanciciensis.

Hic pariter Conventus Lanciciensis, fundatus est à Serenissimo Poloniarum Rege Casimiro Magno, habens Ecclesiam amplam, sub Titulo S. Stanislai, Episcopi & Martyris, Patroni Regni Poloniae, Annô Domini 1341.

Habet agros certos pro conseminationibus, tam Verbalibus, quam Hyemalibus sibi donatos, ac inscriptos, summasq; aliquas sat exiguae, pro obligationibus perpetuis inscriptas, ex quibus sustentantur, Fratres nostri, & si benefica manus variorum Nobilium, non elargiretur eleemosynas, vix subsistere possent.

Comitia particularia Nobilium Palatinatus Lanciciensis, pertractantur in hac Ecclesia nostra, & pro beneficio hoc, assignantur eleemosynæ percipiendæ à Palatinatu-

Conventus Bochnensis.

B. Hedvigis Regina Poloniae, Ludovici Regis Hungariae Filia, ad instantiam Civium Bochnensium, ipsorum Gregorio XII. Summo Pontifice, per literas missis Illino Episcopo Cracoviensi, honorem D. Hyacinthi propagante, instantiusq; allaborante, Conventum hunc Bochnensem fundavit. Et Ecclesiam, sub Titulo Gloriosissimæ Virginis MARIE in Coelum Assumptæ, Annô 1741.

Ast quia, postmodum pluries conflagratus est, tandem sub Serenissimo Augusto II. Poloniae Rege Clemetissimo, ex Thelauro Regio, per Illinos Commissarios suos, certerosq; Benefactores Nobiles, & Civitatenses reparatus

In ejus Ecclesia, exstat Imago Beatissimæ Virginis MARIÆ, Miraculis Clara, adinstar Imaginis Częstochoviensis oblata Conventui, à Dño Christophoro Bąkowski, Cive Wielicensi, cui plurimum devotus fuerat, & in varijs incendijs Civitatis Wielicensis, ejus protectionem expertus est, ac etiam nunc plurimi devoti ad eandem confugientes, in suis necessitatibus, infirmitatibus, ac quibusvis indigentij experiuntur solatia.

Conventus Lublinensis.

Ex incredibili devotione erga D. Hyacinthum, Serenissimus Casimirus Magnus Poloniarum Rex, Conventum hunc Lublinensem, ac Ecclesiam sat magnificam erexit, Annō Domini 1342, sub Titulo D. Stanislai Episcopi Cracoviensis, & Martyris, quatenus hicce specialis Patronus Regni, illā oram, à Cosacis rebellibus Tartarisq; defensaret.

Nec spes fecellit Regē, & Regnum, Anno enim Christi Domini 1648, in pervigilio S. Martini Episcopi, & Cōfessoris, igne, & ferro rebellibus Cosacis, & Tartaris lapiatis omnia devorantibus, ipsorum Duce Bogdano Chmielnicki, cum Castris planè innumerabilibus, sub Zamoscice, ac Lubawy consistente, resplenduit facies Coeli de nocte, circa horam septimam, visumq; est magnum lumen, Solis radios adæquans, & supra Ecclesiam Lublinensem Ordinis nostri consistens. Quod cùm aliquantum longius insu admiratione plures excitaset, extensum tandem est ad instar unius lineæ protractioris, quæ conspicuam speciem glaz.

gladij minacis versus castra Cosacorum vibrabat : nec mora gladius in sagittam efformatur ignitam , quæ contra rebelles acceleraret , & tandem pallium quoddam circumducens totam lucem, intuentum ex oculis , Cœlestem visionē substraxit. Ita acta Martini Ościecehowski, publici S. Authoritate Apostolica, Notarij attestantur.

Tota hæc visio Cœlestis Patrociniij argumentum fuit, D. enim Stanislaus , & D. Hyacinthus , lucis in Imagine se se præsentantes, Castris Sennacherij Chmielnicjanis, maledicebant , & pro Polonis pugnabant. D. Stanislaus in Gentilitio Stemmate Crucem , & manum gladio armatam præferens , gladium in rebelles extendebat. D. etiam Hyacinthus, ex arcu suo Odrovansiano, eosdem sagittabat. Quod verò ex gladio sagitta fuerit formata, uniti patrociniij auxilia indissolubilia , ex unitis ipsorum intercessionibus venerari admonemur.

Præter alias insignes notas Sancti Sanctorum JESU Christi Domini nostri, & unici Redemptoris salutiferum , & vivificium Crucis lignum, hæc Ecclesia pro decore habet, tam Nobile, & magnum frustum illius Sanctæ Arboris, ut nec Romæ , nec Hierosolymis , nec Constantinopoli, nec Parisijs, nec Aquisgrani, nec uspiam terrarum, simile in magnitudine possit hoc tempore inveniri.

Hoc supremum monile assertabatur quondam Kijoviæ, à tempore, quo Vlodimirus albæ, & nigræ Orientalis Septentrionalis, ac Meridionalis Russiæ Monarcha,

scepto Baptismate, & Imperatorum Constantini, & Basiliij Orientalium, Sorore Anna in Matrimonium, Annô Christi Domini, Nongentesimo, Nonagesimo accepta, simul cum eadem accepit pretiosissimam dotem Crucis Christi, per Helenam inventæ, Annô 326, unam partem Hierosolymis linquentem, alteram Filio Imperatori, Magno Constantino Constantinopolim mittentem, ex qua Imperator unam partem, inclusit in sua statua, supra Columnam marmoream, in foro Urbis stante, alteram Ecclesiæ Constantinopolitanæ donavit, tertiam misit Româ, quarum Supremam in thesauro Imperatorum reposuit.

Discedens à Fratribus, Imperatoribus, Soror Anna, hanc secum Vladimiro suo sponso d: tulit, pro dote, ac supremo dono, & in gazophilatio Kijoviensium Ducum reposuit.

Mansit itaq; Thesaurus Summus, in parvo thesauriolo, usq; ad tempora Ducis Kijoviensis, Iovonis Gregorij, cui cum gratus virtutum affluentia, Andreas Episcopus Kijoviensis, ex Primoribus Conventus Cracoviensis Filiijs, Vir doctissimus, ac integrissimus extitisset, Cruce hac Christi, Andream voluit exornare, quam de thesauro proferens donavit eidem Andreæ Episcopo.

Crucem complexus Andreas, portabat inter saeuentis Martis procellas, quas ut evitaret, contendit cū Cruce Cracoviam.

In via declinat ad Conventum Lublinensem Ordinis

noſtri, c̄aptaq; itineris ſolatia ulterius progreſſurus.

Jam intra Rhedam valedicens Conventui poſitus, egredi conatur, ſed equi firmantur pondere inſolito. Praeful rem ſibi ſoli notam, mente revolvens; à Rheda removet occluſum cum Cruce aſſervatorium, & ecce! equi etiam ad volandum parati probantur. Ascendit iterū currum cum Cruce, & ecce iterum redit inſuperabile onus, descendit ſecundò, & tertio de curru, recedit ſiniul, & o- nus. Hinc probavit voluntatem Dei maniſtām, ut Thesaurum, quem Cracoviam portare deſtinārat, in theſſe- ram amoris Filialis Cracoviensis, Lublinenſibus Filiis conſignaret, donaretq; æviternam.

Igitur convocato Conventu, Priore, ac dignioribus occurrentibus, Myſterium aperit, & penes ſe ſummā ha- bere Thesaurorum declarat; Crucemq; vivificam Anno ſa- lutis 1420 Conventui Lublinenſi donat, ipſequē Crucis Christi, Imitator Cuios, ac Bajulus Andreas Epifcopus, ſub Crucis ſalutiferæ, umbra in eodem Conventu Lubli- nensi, dies exemplo ac sanctitate lucidos, cum tranſe- giffet, ad lucis pervenit munera, circa finē Regni Jagiel- ionis, qui obiit ultima Maji, Anno 1434,

Compertissimum eſt multorum langvores, ſanatos eſ ſe de hoc Ligno vitæ per fidem admoto. Incendium etiam quod ſuburbia Lublinenſia non ſemel deuſtabat; circum- gſtatione hujus S. Ligni extinctum, dum vesanientibus flammis objectum eſſet.

Hoc

Hoc etiam specialiter notandum, quod in hoc SS^{mæ} Crucis Ligno conspicuntur, aliqua signa miraculose ex-crescentia abintra, & adextra in summitate, scilicet vi-vifici Ligni, duæ aliquæ Personæ, Viri, & Mulieris, adin-strar Adæ, & Evæ, & in latere sinistro forma alicujus Mi-litis, in dextra verò gladius acutus, qui tempore belli-Cosacorum rebellium, ut supra recensuimus apparuit, & usq; nunc perseverat ad defensionem Regni, de quo scri-bit Pater Magister Rusell, Conventus Lublinensis.

Conspicitur deinde hujus SS Crucis particula alia, permodum Crucis disposita, pro adoratione quotidiana, Christi Fidelibus exponenda, thecis argenteis deauratis inclusa.

In eadem Ecclesia, reperitur Caput S. Margarethæ, Virginis, & Martyris, Theca argenteâ inclusum; itē Ca-put S. Victorini Martyris, & aliæ duæ Sanctorum Marty-rum incognitorum Reliquiæ, argenteis cōpaginibus con-signatae.

Apparamenta Sacrariæ inveniuntur, diversi coloris materiarum pretiosarum, acu confectarum laboris elabo-ratissimi auro, argento, gemmis lapidibus pretiosis, con-textarum.

Consularūm, Planetarūm, frontalium, dalmaticarum, humeralium, Albarum, superpelliceorum, Missalium, & aliorum hujusmodi velorum, Bursarum, & similiūm sicu-ti, & binorum vexillorū, quæ circumferuntur ante Fra-

tres in Processionibus, & aliorum ornamentorum Ecclesie excedunt numerum centesimum quinquagesimum, & plus. Quæ omnia partim voto à Principibus, ac diversis Benefactoribus, partim industria, & activitate Fratrum hujus Conventus Filiorum, Sacrissimæ oblata sunt, & consecrata.

Inveniuntur insuper duæ casulæ pretiosæ, tum à Magnifica Domina Catharina de Birca Ossolinska, tum à Magnifica Domina Elisabetha de Tczyn Korniatkowa, ad simulationem, cum alijs pretiosissimis apparamentis, propoventibus Filijs hujus Conventus Sacellarijs earundem, SSmæ Crucis dicatae.

Rosarij quoq; Sacratissimi utriusq; SS. Nominis, pientissima ad est devotio, cum suis locupletissimis apparamentis in optimum ordinem redacta.

Duo Altaria munificentissima, sumptuosè per antecedentes sui Promotores constructa, qui illa, prout nunc consipiuntur, cum omni magnifica supellestili à fundamentis exercunt.

In uno Eorum Imago Beatissimæ Virginis Mariæ Majoris cum pretiosissimis Vestibus Cerallis, unionibus, Coronis, lapidibus laminibus argenteis, Annulis aureis. In argento in signia Passionis Domini, & Mysteriorum Rosarij intus & foris apparent.

Nec desunt torques majores de auro purissimo, Cruces argenteæ cum Sacra Reliquijs, calices cum reliquijs. Quæ & alia. Imago de magnis argenteis laminibus SS. Rosarij, que sursum eminentius pro solemnitatibus in eodem Altari attinguose elevatur..

Nec potest præteriri supellex Apparamentorum Frontali-

galium, Casularum, Dalmaticarum, omnis coloris Missalium,
ordinatissimè emicans.

Adest Capella seorsiva cum Sepultura Fratrum & sororum SS. Rosarij, Cappæ pro solemnitatibus tum processionalibus cum disciplinis, cum sua devotissima Imagine bene adorata additis SS. Rosarij Iconibus.

Ad hæc, duo reperiuntur Vexilla alterum in materia distissima magnificentissime lapidibus pretiosis Margaritisq; ac Corallis acu depictum auro argentoq; contextum, rubrum alterum solo auro ductu elaboratum.

Sieulis diebus Profestis semel diebus Dominicis & supramane & horis Pomeridianis decantant SSimum Rosarium quæ omnia apparaenta Confraternitas conservat in sua speciali Sacristia.

Reperitur item in Sacrario, Imago miraculosa Beatae Mariæ Virginis cum suis clenodjs ac argentea lampade quæ olim in cœlia R. P. Pauli Russell constituta fuerat. Ante hanc Imaginem fuit miraculose accusata lampas Anno Domini 1649 Die 15. Novembris post medianam noctem prout adiutoravimus invita Venib[us] Patris Magistri Pauli Russell.

In Claustro inferiori Conventū hujus extat Imago pariter miraculosa clara ejusdem B. Mariæ Virginis Mariæ stans in Altari quæ à Ch[risti]i Fidelibus maxima veneratio colitur regens sub P[ro]lio suo Fratres & Sorores Ordinis nostri cum suo Altari speciosissimo nec non locupletissimo, cum veste Maiestuosa & Pallio ex parte de argento confecto, infra deaurata corona deaurata, gemmis, lannibus votis argenteis, lampadibus Iconibus argenteis & alijs ornamentis pretiosis insignitus. Ad quod frequenter lux de nocte conspicitur & multæ gratiae Divinæ ejus imploratione conferuntur prout seorsive libere ad hoc destinatus omnia continet.

In hoc loco Beatæ Mariæ Virginis quolibet die Sabbathi ex fundatione unius Patris Magistri ejusdem Conventus Filij cum permissione & licentia suorum Superiorum Litanie Lau-retanæ & Missa lecta cum Musica decantatur: Alijs verodi-ebus Missæ votivæ lectæ celebrantur.

Nec defuere Gratiaz concessæ & Bullæ plurium summo-rum Pontificum SSæ Crucis, & SSæ Rosario collatæ, quæ per longum refert Pater Magister Paulus Russel in suis Codicibus, quæ partim cum tempore exspirarunt, partim etiam ab Authoribus copiosissimè referuntur.

Nunc pro speciali devotione Anno Domini 1688. Die 14. Septembris ex gratia SSæ Domini nostri p. m. Innocen-tii Papæ XI introducta est solemni ritu et maximo omnium statuum concursu, ad hanc Ecclesiam Confraternitas SSæ Crucis, certis Indulgentijs dotata, in perpetuum duraturis, procurante Romæ Patre Magistro Casimiro Lezenski Fili-o ejusdem Conventus.

Nec prætereundi sunt etiam Benefactores Qui munis-centissimis suis beneficijs hunc Conventum condecorarunt.

Inter hos primatum tenet Illmus & Mgcus Dominus Jo-anne de Lochoyko Tyzkiewicz Qui ex voto, promovente Rudo Patre Damasceno Gostauiski Prædicatore Generali Li-gnum SS. Crucis magnificè & sumptuosè thecis magnis a-genteis & aureis includi curavit.

Idem Illmus Dominus eidem SS. Crucis Capellam ins-i-guem, Altare Majus à fundamentis erexit atq; Bona stabilia Heydow dicta, Capellæ supra memoratæ per inscriptionem perpetuo incorporavit. Quorum Bonorum protunc fuit Pos-sessor Conventus Lublinensis.

Post tera verò fata successit Illmus & Mgcus Dominus a Popow Witowski Castellanus Sandomiriensis Capitanus

Lublinensis Qui eandem Capellam à medieate ad summitatem usq; sumptuosè perfecit arte stucatoria, In signis Passionis Christi Domini splendentissime intertextis excellentissimis picturis Inventionis Exaltationis Depositionis, SS. Crucis Alijsq; ex voto depictis exornavit: Addito sumptuoso Altari Majori transparenti deaurato adiit Altar Romani in Basilica SS. Apostolorum Petri & Pauli In eadem Capella Altare Majus, retro chorus Fratrum constitutus existit.

In sacratio versò interiori, pro majori securitate SSMo Ligno, in Altari occluso, ideo Illius multa Beneficia præstis Conventui særissime Proventus sui Capitaneatus Lublinensis, huic assignando Conventui.

Ad dexteram Altaris majoris accedit Capella noviter ereta cum sua certa fundatione Māgi Domini Andrez Iałowicki Tubaui Luceorien sis & sux Mgeæ Consortis ubi certis diebus pro animabus eorumdem missæ de Requiem decantantur cum sua ibidem sepulcra.

In dextera parte navis Ecclesiæ, reperitur Capella Illmæ Domiæ Catharinæ de Bierna Ossolinska cum Altari assumptio nis Gloriosissimæ V. M. miraculis claræ & ibidem sæpius clari tis magna de nocte videtur: certisq; diebus ex fundatione missæ de Requiem pro anima sua celebrantur.

Hæc Illma Domina Catharina Ossolinska multa orna menta pretiosa, promovente Rndo Patre Bernardo suo Sacellario Conventus Lublinensis Filio, Sacristæ contulit, ibidemq; sepulta requiescit, erecto eminentius Epithaphio sibi gratitudinis debito.

Sequitur capella cum sua sepultura Mgc Domini Stanislai Korczajnski Iudicis Terrestris Vlodimiriensis Qui obtulit vexillum pretio æstimabile Mille Florenorum polonicalium Conventui Lublinensi, pro publicis Processionibus anteferendum

dum, auro ductili cum effigie S. Crucis locupletissime contextum, in Altari vero Ejus extat sculpta Imago Christi Domini Crucifixi, devotissima.

Item in altera Capella cum sua sepultura dotata Illustrissimi & Mq[ui]oci Domini Venceslai Hulewicz Succamerani Luceorien[s]is cum Altari Transfigurationis Domini, ubi certe diebus in Septimana Missæ de Requiem ex fundatione decantantur.

Altera ex parte Navis Ecclesiaz conspicitur Capella deaurata cum suis binis Epitaphiis, & sepultura Illorum Domini-norum Firlejorum ubi eorum requiescant Corpora videlicet Palatinorum, Episcoporum, & aliorum de hac Illma Familia Heroum sed quia adhuc nullam habet fundationem Conventus exstruxit Altare Majus, SS. Patri nostro Dominico, Desurno ex integro de auratum.

Sequitur Capella SS. Angelici Praeceptoris D. Thomae Aquinatis cum suo sumptuoso Altari fundata ab Illmo Domino Adamo Placzonka Succameratio Lubline[n]si qui pro obligationibus persolvendis notabilem huic Conventui inscripsit Summam.

Exit et altera Capella dexteræ partis Navis Ecclesiaz S. Mariæ Magdalenz fundata ab Illmo Domino Felice Szaniawski Judice Terrestri Lubline[n]si cum sua sepultura qui pro obligationibus persolvendis certam Conventui Summam inscripsit.

Illma & Mgcæ Dna Elisabeth de Teczyn Korniatkowi hujus Conventus insignis Benefactrix, quæ, promovente suo Sacellario Rndo Pre Hateronymo Kokot plurima in auro & argento gemmis lampadibus candelabrisq; Sacristaræ obtulit ornamen[t]a.

Item Mgcus Dominus Adamus Neskowski Succamerius

Lublinensis & Magnificus Dominus Adamus Zydowski Gene
ralis Juris Consultus Regni Qui pro studio Theologico au-
gendo in Conventu Lublinensi certas summas in scriplerunt

Sunt & Alijquam plurimi Benefactores & Benefactrices
Quorum Nomina sint in libro vita sempiternæ ast ista omnia
cum summa recuperantur difficultate & sumptu & plurima
eyrum cum temporum calamitate tum Jurium Regni, Bello-
rum, incendiorum discrimine, deperdita sunt.

Possidet hicce Conventus Bona aliqua stabilia prædiola
scil: & agros aliqua ad exemptionem aliqua ad perpetuam
possessionem, quibus omnibus satisit obligationibus per Au-
num decurrentibus.

Fovet ad prælens studium formale marutenēs duos Theo-
logia Professores & unum Philosophiz Lectorem atq; Patres
studentes formales ceteraq; subjecta promotionem petentia
quod studium confirmavit Raditus Pater Magister Genera-
lis Antonius de Monroy Anno 1686.

Chorus, Sacratum, interius claustrum Conventus gran-
davum, Imaginum egregijs pectoris variarum Historiarum
tum Ordinis tum variorum Sanctorum ac miraculorum S. Cru-
cis condecorata, existent.

Adest Insigne Refectorum cum suis Officinis benè dispo-
sitis, supra autem hoc Refectorium Bibliotheca Conventus
splendissimis, omnis generis libris, locupletata.

Conventus Regalis Luceiensis.

Sub Titulo Assumptionis B. M. V.

Regnante in Polonia Rege Vladislao Anno millesimo
Trecentesimo Nonagesimo accepérunt Fratres nostri Luce-
oriam, ad prædicandum Evangelium Ruthenis Armenis, Schy-
tis alijsq; barbaris protunc Gentibus quos ut vidit piissimus
Rex multum laborantes pro salute proximorum suorum, nor-

tantum verbo, sed & exemplo bonorum operum, eosdem Fratres nostros ad se invitavit, & ad Capellam Ligneam S. Nicolai Episcopi & Confessoris primò locavit in platea Tartarorum In hac capella reperiebatur Imago B. M. V., adinstar Czechoviensis Imaginis.

Deinde fecit novam Fundationem, in eodem loco & Civitate sua hereditaria Luceoriensi, eodem Anno supra specificato: Fundavitq; Ecclesiam novam sub Titulo Assumptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, & Conventum, donans Eisdem Fratribus villam suam hereditariam Horodaicam, & in hac Foundatione fuit institutus prius Prior Frater Gregorius, qui successive Anno Millesimo, Trecentesimo, Nonagesimo tertio die 6. Februarij, acquisivit ad novam fundationem aliam Villam Nowystaw, ubi antea fuit piscina Regia ab Alexandro Vitholdo magno Duce Lithuaniae, sicq; feliciter Conventus Luocæriensis suam ampliavit foundationem, & certe brevissime, excrevisset in magnam amplitudinem, si ferocitas Tartarorum, Cosaccorum, aliorumq; Barbarorum militum non impeditisset, qui spoliarunt Eundem Conventum bonis mobilibus & decore Ecclesiastico, Fabricam verò & Conventus & Ecclesiæ ter igne devastarunt.

Post devastationem Ecclesiæ & Conventus, tribus vicibus Imago B. M. V. supra specificata semper intatta, & integræ in cunctis inventa fuit; quæ conseruabatur principaliter in Altari majori usq; ad Annum Domini millesimum Quingentesimum Nonagesimum sextum.

Hoc igitur Anno sub prioratu Pattis Joannis Evangelista Sacra Imago B. M. V. à S. Luca depicta, Romæ à Clemente VIII. Summo Pontifice, dono oblatâ Illino & Reverendissimo Domino Bernardo Maciejowski, pro runc Episcopo Luceoriensi, post Cracoviensi & deinde S. Romanus Ecclesiæ Cardina-

li, à quo, Româ Luceoriam deputata ad Ecclesiam nostram, in die Annuntiationis B. M. V. solemniter introducta, pro cōservatione perpetua in Viridario Rosariano, per hæc tempora & usq; ad præsentem diem, quotidianis & continua miraculis et Gratijs splendet. Quæ præmissis Commissionibus alijsq; Cæmonijs in Anno Domini millesimo Septingentesimo juxta Canones, sub Prioratu Patris Præsentati Ignatij Kownacki approbata, nuac in Anno Domini millesimo Septingentesimo quadragesimo Nono die octava Septembris, secundum Cæmoniale Romanum Coronata Coronis Vaticanis, missis à SS: Domino Nostro Benedicto Decimo quarto summo Pontifice per Patrem Magistrum Justinum Jakiełski protunc Provincialem Province Poloniæ ex Capitulo Generali elektivo redeuntem ad Instantiam Serenissimæ Majestatis Augusti III nunc felicissimè Regnantis, Illmi & Excellmi Domini Michaelis Potocki Palatini Volhyniæ, Fundatoris Coronationis ejusdem Gloriosissimæ Virginis Mariæ ac totius Illmæ Domus Petocianæ, & aliorumq; Illustrissimorum Procerum Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniae.

Hanc Coronationem executus est Illmus & Rndissimus Dominus Franciscus Kobielski Episcopus Luceorien sis & Bre stensis, ac Cancellarius Serenissimæ Regionæ Poloniarum, uti Delegatus à S. Sede Apostolica Coronator.

Hæc Coronatio procurata, & peracta, multo labore, & industria Patris Præsentati Petri Szczerbinski, protunc Prioris Luceorien sis.

Hic Conventus, protulit floridos Palmites Hyacinthi no Viridario, S. Prædicatoriæ Religionis, Provinciae Polo niæ, non tantum scientiâ præditos, verùm, & sanctitate vitæ conspicuos, quorum nomina, & vita superiùs expresa cum suis annotationibus

Conventus Bełzenfis.

In Palatinatu Bełzenſi , fundatus est Conventus noster, à Celiſſimo Principe ſemovita, Annō Domini 1394, prout in antiquiſſima Celiſſimi Fundatoris, Imagine pēdente in Eccleſia, haberi potest notitia, poſt plures conflagrationes ejusdem Conventū Eccleſiæ.

Hic Celiſſimus Fundator, donavit Conventui Villas tres, pro ſuſtentatione Fratrum noſtrorum, & obligatiōnibus perpetuis abſolvendis, niſi rurum Liszki, Kultoszyn, & Bozdzanka: at hæc ultima avulſa à Conventu ad menſam Regiam, per Capitancos Bełzenfes, & loco illius da- ta est altera Eccleſia B. M. V. in Arce Bełzenſi ſita, cum ſuis annuis proventibus.

Ultra hoc percipit censuſ annuoſ, à ſummiſ origina libuſ Cōventui inſcriptiſ, quibuſ ſatiſfacit quoli-bet Anno.

Habet Eccleſiam noviter erētam, cùm duabus Turribuſ annexis ſatiſ conſpicuam, Sacriſtiā cùm debitib⁹ appa-ramentis, & alijs officiniſ annexiſ, etiç adhuc in reparatione ulteriori pro majori coſmoditate Fratrum.

Conventus Lovicienſis.

In Civitate Lovicienſi Primatialis dignitatis ſede, fundatus eſt Conventus, cum Eccleſia ſub Titulo SS. Trinitatis, Annō Domini 1400, à Celiſſimo Primate Regni, Archiepiscopo Gnesnenſi, Domino Nicolao Kuowski, pluri-bus in antecellū proventibus proviſus. Aſt per aliquot incendia, & conflagrationes Civitatis, in cinereſ redact⁹;

qui

qui prouentus in novam redificationem, tam Convēt⁹,
quam Ecclesiæ cesserunt.

Nunc soli Providentia Divinæ confixi Fratres nostri,
& speciali Celsissimorum Principum, Archiepiscoporum.
Gnesnensium, Primate Regni Protectioni, per effusam
in Religionem nostram beneficentiam suam sustentantur.

Ecclesia sat ampla adornata, pluribus Altaribus, ad
quam introducta est Confraternitas Divinæ Providentia,
Annō Domini 1722, per Celsissimum Principem, Prima-
temq; Regni, Archiepiscopum Gnesnensem, Theodorum
Potocki, Insignem, & specialem Benefactorem hujus Cō-
ventūs, cui certos census, à summis originalibus prove-
nientes, Inscriptos, cum suis obligationibus perpetuis,
quibus satisfaciunt omni Anno Fratres nostri.

Ultra Ordinarium Concionatorem Domūs, manute-
net Concionatorem, in Insigni Collegiata Loviciensi, de
consensu, & Privilegio Rndini Capituli Loviciensis, & Cel-
sissimi Primatis Regni, Verbum Dei depraedicantem cum
emolumento sui, decore Religionis sacræ.

Resplendet, & vel maximè beneficentia Celsissimorū
Benefactorum, dūm eidem Conventui Ecclesiam Parochi-
alem, una cum suis succedaneis Präfulibus, in bonis suis
Primalibus, dictis Zdāny, cum cura animarum, deci-
mis, cæterisq; proventibus, perpetuis temporibus incor-
porarunt, & adsciverunt.

Conventus Vronecensis.

Serénissimus Præmislaus, Dux Majoris Poloniæ, datus
to Privilegio pro area, cæmeterio, Ecclesia, & horto, in
Civitate Vronecensi, procurante Patre Theodorico suo Cō-
fessario, Annō Domini 1279, 11. Decembris, hunc Vrone-
ensem Conventum, & Ecclesiam, sub Titulo Annunia-
tionis B. M. V. fundavit, suisq; Privilegijs, & redditibus
firmavit.

Post ejus erectionem, Anno Domini 1280, per Sar-
cenos, aliasq; protunc sectas, totaliter hic Conventus cō-
bustus fuit, Fratresq; expulsi, plurimi ab illis occisi sunt.

Tandem Annō Domini 1406, Pijssimus Rex Vladisla-
us, Fratres nostres reinduxit. Et dum varij Benefacto-
res, sua liberalitate, & munificentia, novum incaperant
extruere Conventum. Idem Serenissimus Rex, concessit
Fratribus nostris, per suum Privilegium, liberam piscatu-
ram in fluvio Vartha, & Molendinum, perpetuis tempo-
ribus donavit, & Villam Pochamowo, nunc Popowo di-
ctam, quoisq; exintegro non extitisset Cōventus, pro Fa-
brica assignavit, prout continetur in Actis Consistorij Po-
laniensis, Annō Domini 1480.

Item Serenissimus Poloniarum Rex Stephanus, cōces-
sit Privilegium, super liberam scissionem lignorum, pro
omni necessitate Cōventus, exceptis arboribus mellificatis.

Item super lacum Rhetan, vulgo wrzecien, in quo lo-
co propriam piscaturam habet Conventus, nemine contra-
dicente, & impediente; quod Privilegium obtinuit in

Cōmītijs Generalibūs Grodnensibūs, Pater Severinus Prior Posnaniensis, Annō Domini 1586.

Hæc omnia Privilegia, confirmavit Serenissimus Rex, Joannes Casimirus, Annō Domini 1649, procurante Patre Andrea Tanaškiewicz.

Habet aliquas summas originales, tum apud Nobiles, tum infideles Judæos, pro obligationibus perpetuis inscriptas, à quibus census, annuq; percipit ab aliquibus, cum alijs Jure procedit.

Conventus Samboriensis.

Fundatrix hujus Conventus Samboriensis, fuit Illīna Domina Elisabeth Spitliona, Palatina Cracoviensis Vidua, Quem Annō Domini 1406, ipso die S. Stanislai Episcopi & M. P. R. P. fundavit.

Hæc pro dote ejus, Villam Szade, Jablon, suam hereditariam, cum pratis nonnullis extra portam Samboriensem, inscripsit ac donavit, Privilegiumq; Serenissimorū Regum, sibi succendentium obtinuit, & firmavit.

Verūm hæc Villa, per varias incursionses à Conventu avulsa, & ad Æconomiam S. R. M. applicata. Prata vero post portam Civitatis iiserviunt Conventui. Insuper habet inquilinos viginti, qui suis servitijs, & laboribus Conventui obsequuntur.

Originales summas pro obligationibus perpetuis inscriptas, habet ; à quibus vix per medium ab aliquibus percipit ab aliquibus fere nihil, ab alijs Jure quærit.

Imāginem Gloriosissimæ Virginis, multum gratiosam conservat.

Conventus Costensis.

De bēneplacito Bonifacij Papæ XI. Summi Pōtificis, Frater Joannes, Episcopus Chełmensis, ex nostro Ordine assumptus, & Cives Gostenses, hunc fundarunt Conventū, Annō Domini 1410, cum Titulo S. Nicolai Episcopi, ac D. Mariæ Magdalenæ, angularem lapidem, Albertus Episcopus Posnaniensis jecit: Andreas verò Episcopus Thodiensis, Suffraganeus Gnesnensis, sub invocatiōne S. Mariæ Magdalenæ, consecravit.

Reverendus Mathias à Costen, Præsbyter Sæcularis, gratus beneficiorum, sibi ab hoc Conventu præstitorum, multo argento ad usus sacrarij, divite apparatu, & ratiō pro Ecclesiastico ministerio, nec non, & Libris Ecclesiasticis, sumptibus maximis conscriptis, amplificavit, dum officio Procustodis Sacrarij Ecclesiæ Cathedralis Craciens fungebatur.

In ambitu inferiori Conventū, extat Magnifica Capella, & Altare erectum, pulchre ornatum, in quo est figura Crucifixi, & primō illius aspectu, excitantur corda cunctorum, ad contritionem, & dolorem pro peccatis.

Hæc Figura Crucifixi, extabat priùs in Refectorio, supra mensam elevata, juxta morem Religionis, & quia in hocce Refectorio, Judicia Terrestria Costensia persolvabantur, quadam vice auditæ est vox, justè juditate s.

lij hominum, quibus verbis terræfacti Judices, hanc Figuram de Refectorio transportârunt ad Altare Ecclesiæ, demum insignem Capellâ erexerunt, in honorē Crucifixi.

Conventus Hrubieszoviensis.

Illustrissimus, & Reverendissimus Joannes Episcopus Chełmensis, ex Ordine nostro assumptus, impetrata area pro Conventu, & Ecclesia ædificanda, à Serenissimo Vladislao Jagellone, Poloniarum Rege, hunc Conventum fundavit, ex eleemosynis Benefactorum, ac ipsius Serenissimi Regis, Annô Domini 1416. In quo pijs Benefactorum eleemosynis, Fratres nostri sustentantur. Habet tamen certos hortos, & agros pro conseminatioib, tamen vernalibus, quam hyemalibus, proventus exiguos, & census habet, soli Divinae Providentiae innxi.

Post conflagrationem ultimam, tum Civitatis, tum Ecclesiæ, & Conventus, providit, & providet DEUS munificentissimos Benefactores, qui hunc Conventum adhuc in meliori forma extruunt, & Ecclesiâ sat amplam, cum duabus turribus ædificârunt.

Conventus Horodlensis.

Serenissimus Vladislaus, Princeps Masloviæ, de consensu Serenissimi Casimiri Magni, Poloniarū Regis, hunc fundavit Conventum, & Ecclesiam, sub Titulo Gloriosissimæ Virginis MARIAE, & S. Hyacinthi, Annô Domini 1476. Habet pro dote unam Villam, de qua sustentâtur Fratres nostri, plurimum tamen Divina Providentiâ alij

tur, & sustentantur ex collectis eleemosynis variorum Beneficiorum. Ad præsens erecta est Ecclesia murata, sat insignis, & conspicua ex pia devotione Beneficiorum, & affectu erga nostrum S. Ordinem.

Habet gratiosissimā Imaginem Reginæ Coeli, & terræ, cum summa veneratione, & frequentia populi.

Conventus Sredensis.

In Civitate Sredensi, ubi Comitiola ordinaria petrastantur, Majoris Polonæ, Palatinatum Posnaniensis, & Calissiensis, Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus, Joannes Episcopus Chełmensis, ex Ordine nostro assumptus, hunc pariter Conventum, & Ecclesiā S. Crucis, de consensu Vladislai Jagellonis, Poloniarum Regis, Annō Domini 1479: optimè fuit fundatus hicce Conventus, ad præsens per varias conflagrationes, tum Civitatis, tum ejusdem Conventus, & Ecclesiæ, ad pristinum suum redire nequit, nec locum commodum pro Fratribus, in eodē permanentibus, sustentantur tamen Divinâ Providentia, ex munifica manu suorū Beneficiorū, & brevi temporis intervallo, ab ijsdem Beneficiorib⁹ extructur Conventus.

Certos agros pro consemminationibus possidet, sua cura, & activitate Priorum loci colendos, per incolas non sine sumptu, ex eleemosynis Beneficiorum collectis.

Conventus Znenensis.

In Civitate Zenenisi, Celsissimorum Principum, & Primate Regni Poloniæ, Archiepiscoporum Gnesnensium, fun.

fundavit hunc Cōventum cum Ecclesia, sub Titulo S. Joannis Baptiste, Celsissimus Princeps Primasq; Regni, Johannes Kotwicz, Annō Domini 1588, cui per Capitulum Generale Metropolitanum Gnesnense, & per Commissarios Celsissimi Primatis Regni, adjudicatum est, & pro parte Conventūs, approbatum Privilegium liberam exequi pīscaturam, in utroq; lacu circa Civitatem Znenensem, magno, & parvo, atq; certum pratum, pro collectione fæni, circa Oppidum, perpetuo donavit, & authenticè approbat; summamq; certam originalem, pro censu annuo inscripsit, cum obligatione perpetua Missas persolvendi, cū alia eleemosyna vietuali.

Item pro oleribus hortum unum molendino annexū, penes Wilczkowo consistentem, nec non piscinam unam penes fossam, qua ex rotis ejusdem molendini, aqua decurrit, ac pratum circa eandem piscinam, jure perpetuae donationis attribuit, suosq; Successores, per viscera misericordiæ Dei nostri, ad non retractanda eadem Privilegia strinxit, ac obligavit.

Item Celsissimus Princeps Stanislaus Karnkowski, Archiepiscopus Gnesnensis, incorporavit Ecclesiam Parochialē Gorensem, cum cura animarum, & omnibus agris ad eandem Ecclesiam, spectantibus per duplex Privilegium: primum Annō Domini 1596, die ultima Septembris. Alterum eodem Anno subsequenti, die 27. Octobris. Tercium tandem Privilegium, Eminentissimi Domini S. R.

E. Cardinalis, Henrici Cajetani, Legati à Latere in Regno Poloniæ, in pargamento scriptum, subscriptum, ac sigillatum, approbans præfatam incorporationem Ecclesiæ Parochialis Gorenſis, eidē Conventui donatam, quod extat, ingrossatum in libris, Illustrissimi, & Reverendissimi Capituli Gnesnensis, authenticum in Archivo Convetus alletervatur.

Jura, & proventus Ecclesiæ Parochialis Gorenſis huic Conventui incorporatæ, hæc quæ seqvuntur de verbo ad verbum, ex Archivo Capituli Metropolitanæ Gnesnensis transumpta, sunt hæc.

Primo: Aream specialem, pro curia Plebanali, satis latam habet, nec non pro quatuor hortulanis eidē Areæ Plebanali adjacentem, cum prato, & horto.

Secundo: Habet alias Areas ex altera parte Ecclesiæ, item sub monte hortum, & piscinam.

Tertio: In eadem hæreditate habet quinq; mansa, vulgo Łan dicta, in quolibet campo prædiali.

Ejus Ecclesiæ Rector, pro tempore Institutus, habet super lacu; dicto wielkie Jezioro, liberam piscaturam, cum rete nuncupato włok, & de sagenna decimum pisce, cuiuslibet generis piscium.

Chmetones in eadem Villa Gora, de quolibet manso solvunt, pro colenda grossum unum, Tabetnatores vero, & hortulani, per medium grossum.

Ex alijs Villis huic, Parochiæ annexis solvuntur de-

cimæ, ex aliquibūs manipulares, & ex aliquibus decimæ
compositæ.

In hac Ecclesia, exstat Imago in ambitu inferiori,
Gloriosissimæ Virginis Deiparæ, plurimis Miraculis clara,
ad quam congregatus frequentissimus, populi devoti, ma-
xime diebus Festivis, & Solemnioribus.

Ad præsens hæc Imago, ex ambitu inferiori trans-
fertur ad Ecclesiam, collocaturq; in Altari Majori, sum-
ptu Benefactori Nobilium erecti, & splendissimè ornato.

Insuper certas summas, pro obligationibus perpetuis
inscriptas, in bonis Nobilium, à quibus census annuos per-
cipiunt, circa veò alios census recipiēdos, Jure agunt.

Conventus Vladimiriensis.

Serenissimus Princeps Lithvaniæ Alexander, demùm
Rex Poloniarum, fundavit hunc Conventum, & Ecclesiā
Sub Titulo SS Trinitatis, Annō Domini 1496, in qua
splendet plurimis miraculis, & gratijs Imago Gloriosissi-
mæ Virginis MARIÆ.

Hujus Conventus, insignis benefactrix, Illusterrima
Hyacintha Anna Słoniewska, Capitanea Solecēsis, ad mē-
teum sui mariti defuncti, certam summam Testamento re-
lictam, in bonis suis Drzewinia, inscriptam huic Convē-
tui applicavit.

Conventus Varsaviensis.

S. Hyacinthi, Parroni Regni Poloniae, Ordinis nostri.

Sub Clemente VIII. Summo Pontifice, vices Dei in-

terris gerente, Invictissima Imperij Romani Sceptra tenē
 te Rudolpho, supremalq; Regni Poloniæ & Sveciæ, Ma-
 gniq; Ducatūs Lithvaniæ, ac aliarum ibi adjacentiū, Pro-
 vinciarum habenas moderante Orthodoxo Rege, Sigismū-
 do III, Regni ejus Poloniæ decimo sexto, Sveciæ verò 9.
 In Comitijs Provinciæ Poloniæ Ordinis Prædicatorum Po-
 snaniæ celebratis, in Cōventu SS. Patris Nostri Dominici,
 Annō Domini 1606, procurante A. R. P. Magistro, Prio-
 re Provinciali, Patre Alberto Senkovio in Curia, & Po-
 mario Varsaviæ, propè Portam Novæ Civitatis, sitis, &
 nuncupatis Oczkowianis, perq; A. R. Prem: pro tunc P̄
 sentatum Prem Abraham Bzovium, uti hac in parte, à
 præfato Capitulo Commissarium, emptis pro summa du-
 orum millium, ex collectis Christi fidelium eleemosynis,
 eodem Anno fundatus, cum licentia, & benedictione, Illu-
 strissimi, & Rāndmi D. D. Loci Ordinarij, Episcopi Po-
 snaniësis, Domini Lauriētij Goslicki, eundem locum Im-
 munitati Ecclesiasticæ incorporatis, & permittētis ad si-
 cari Ecclesiam, ac Monasterium, sub Titulo S. Hyacinthi
 Cōfessoris Ordinis Prædicatorum. Patroni Principalis Re-
 gni Poloniæ, statimq; Anno sequēti, 1604, à Serenissimo
 Poloniarum, & Sveciæ Rege, Sigismūdo III, speciali Re-
 gio Diplomate idem locus, seu Cōventus munitus est,
 cum omnibus fundis ejus acquisitis, & in posterū acqui-
 redis, & exemptis ab omni jurisdictione sacerulari, cūctis
 quæ Regis, Reipublicæ, & Civilibus Contributionibus.

Hic

Hic locus eodem Año, 1604. erectus est in Prioratum, ejusq; primus Prior fuit, A. R. P. Præsentatus, Pater Abraham Bzovius.

Anno verò 1606, introducta fuit solemniter Insignis Reliquia, ex brachio S. Hyacinthi, ad eundem Cūventū, Anno verò 1610, in eodem Conventu, erectus est Novitatus.

In isto Cōventu Varsaviensi S. Hyacinthi, celebratæ sunt variæ & crebræ, Patrum Provinciæ Poloniæ Cōgregationes, uti Anno 1615, inter medium Capituli.

Anno 1620, Congregatio Patrum, & concordia Varsaviana, sub A. R. P. Magistro, Patre Damiano à Fonseca, Commissario, ac Visitatore Apostolico; in qua Commissione varia primò ad cultum Dei, ac observantiā Religionis, nec non Deiparæ Virginis MARIÆ cultum promovendum, sancta, & declarata manerunt, & manent fidei in æviterna memoria, prout acta ejusdem Cōgragationis, atq; cōcordiæ Varsaviæ, sat amplè obloquuntur.

Capitulum verò electionis Provinciale primum, Anno 1624, 2dum, 1631, 3tium, 1640, in quo datus est per Breve Apostolicum in Provinciale, Pater Magister Dionisius Moszyński, RegiusConcionator, & statim sequēti Anno Convocatio Patrum Provinciæ.

Quartum, 1655, quintum 1690, ac demum sextum 1734, in quo electus fuit in Priorem Provinciam ejusdem Cōventus Filius, Pater Magister Albertus Ochabowicz,
sub

sub tempore invasionis in Regnum Poloniae, per militiam Imperatricis Rossianae Moschoviticæ.

Ecclesia hujus Conventus murata, finita fuit Annō Domini 1638, Cōventus verò muratus, Anno 1649, quæ ambo ædificia, ex pijs Christi Fidelium, eleemosynis sunt constructa.

In hac Ecclesia, extant quædam notatu digna. Imago B. M. V. ad Nives, in tabula alnea depicta, donata à Nobili, ac Spectabili Domino Gregorio Badowski, siue Varsaviensi, locata in Capella Domus Radziejovianæ, (in qua Eminentissimi S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Michælis Radziejowski, Archiepiscopi Gnesnē: Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniae, primi Principis, ac Primate, exuviæ Avorum, Parentum, Fratris ejusdē, ac Sororum: Defuncti q; olim Serenissimi Regis Poloniarum Joannis III. duarum amitarum Marci Sobieski Filiorum, & Jacobi Sobieski, Castellani Cracoviensis, Sororu Germanarum; nec non Radziejoscicæ Palatinæ Lanciciensis, & Vołyniae, Palatinæq; Podlachiae, depositæ sunt) miraculis clara.

Ad hanc Imaginem, conjunx ejusdem Gregorij Badowski, una cum Infante suo revixit, Anno quoq; 1662, sur volens eādem Imaginem splendoribus spoliare, Divina virtute detentus, totaq; nocte immotus, & manè mansit captus.

Item Annō Domini 1666, ablatis duabus Coronis Au

reis, ijsdemq; in campo extra Civitatem defossis, manè quidam virtute Divina detentus in loco eodem, titubans integra die, tandem ad vespertas suum nefandum crimen fassus, coronas reportavit.

In eadem Capella, specialis viget devotio ad Beatissimam MARIAM Virginem, populi masculini cōgregati, tam Nobilium, quam Civitatensū, decantantis, quolibet die Festo, & Dominicis, juxta Ritum, & cantum nostrum, Officium parvum B. M. V, seu Cursus ejusdem Gloriosissimæ Virginis, tam de die, quam de vespere.

Qua devotione indesinenter, etiam pro nunc vigente, quidam Dominus Adalbertus Stomski, huic sanctæ devotioni indimissoriè devotè, ac incunctanter deserviens, intentioneq; sua Beatissimam expostulans, ut prò suis peccatis, satiùs in hoc mundo, quam post mortem, purgatorij pñas luat, factum est pro voto ejusdem, nam ex levi fractione plantæ pedis, per transversionē parvi lateris succedit plus quam Anno integro incubatio lecti, abscissio plantæ circumcisionis, & abscissionis, omni servata patientiâ, ita ut sermè, tam ab eodem, quam ab omni populo, censeretur hic in terris sustuisse pñas Purgatorij

Claret insuper alijs miraculis, ac gratijs, infirmi enim atq; afficti innumeri, referunt sanitatem, atq; consolationem.

Adest adhuc fere neonovum miraculum ejusdem Imaginis Deiparæ Virginis. Nam circiter ante annos tri-

ginta tres; devotus sexus masculinus, tam Nobilium, quam Civitatem Contubernij Cursus B. M. Virginis, quolibet Festo, & Dominicis diebus decantantium, nescitur, qua de causâ, & prætensione sua privata cessavere, à prænominato cantu Cursus B. M. V, qua devotione à Conventu non prætermissa, nam tam Venerandi Patres, quam Religiosus Novitiatus, hunc defectum cantandi cursum supplentes, de festo in festum, quodam die festo p.m. pro hac devotione zelantes. Gnosus Dnus Stanislaus Lezierski, Gnosus Dnus Joannes Gromacki, atq; Spectabilis Dnus Adalbertus Kruszewicz, de mane sub tempus iniens decantandi cursum B.M.V. in eadem capella, visibiliter compellebant alios huic devotioni annexos, & præsertim Gnosum Dnum Laurentium Adamski, quantocvūs compellendo, nec non Spectabilem Dnum Joannem Usakowski Scabinum antiquæ Civitatis Varsaviensis: nec non artis Pistoriæ Præfetum, in lecto adhuc decumbentem, non tantum verberibus afficerunt, verùm & eodem instanti coegerunt, & quantocvus ad decantandum Cursum B.M. V. compulserunt: ulterioriq; Traictui Ejusdem devotionis, omnino continuandæ, vim atq; zelozitatem perpetuam; remissibiliter incusserunt.

Extat etiam in anfractu graduum lapideorum ad superius Dormitorium ducentium, Thaumaturga Gratiæsa & miraculosa Imago B.M.V. Anno enim 1656. explodens sclopetum ad Eandem Imaginem Suecus miles

Hæ-

Hæreticus, post descendens, nescitur à quo, glande plu-
bea percussus, interiit.

Itidem Anno Domini 1697. Nobilis quidam Polonus Antonius Głogowski, sub tempore Electionis Serenissimi Augusti II. Regis Poloniarum, inverecundè se gerens coram eadē S. Imagine, ab alio Nobili dicto Rodecki tactus digitum amisit, & mox extra Conventum egressus, cum omnibus suis Complicibus, læthalibus affectus vulneribus, inverecundiæ suæ luit pñnas: multi enim ex ejus Asseclis, præter dictum Głogowski lauciati, vix mortis periculum evaserunt.

Aderat & nostris temporibus, ferè evidentis miraculi prodigium. Nam circa Annum Domini 1724. Spectabilis Donus Adalbertus Sadkowski Ferrifaber Civis & Scabinus Novæ Cœtitatis Varsavien: ad eandem B. M. V. Effigiem multum devotus, jam senilis ætatis existens, sua in infirmitate decumbens, nec non omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus, atq; per Rndum Patrem SS. Rosarij Promotorem, pro illo tempore hocce officio fundum quā par fuit, expeditione Animæ peracta, agonizare cæpit. Commiseratione autem amicabili compulsus quidam spectabilis Dminus Simon Cichowski Civis ac Scabinus Novæ Cœtitatis Varsavien nec nō Thesaurarius Archi Confraternitatis SS. Rosarij, adivit Conventum Nostrum, & specialiter Religiosum Novitiatum, implorando Eundem ad decantandas Lythanias Lauretanas eidem B. M. Virgini pro eodem agonizante, quibus & Ipsem interfuit: easdem cum Religiosis Fratribus decantabat.

Sub hoc tempore Lythaniarū Idemmet & Adalbertus ferrababer mortuus. At post decantatas Lythanias Spectabilis Dominus Simon Cichonski, subaudiens de morte ejusdem, adivit ejus lapideam, ad disponendum circa mortui cadaveris obsequia. Verum atrij iacedens limosa, uxor ejusdem mortui affir-

mans reviviscentiam sui Mariti, eundem visitans & vix non totaliter sanum inveniens, interrogansq; ubinam sub illud tempus morabatur, Ipsemet subjungens affirmabat se adfuisse Lythanijs Lauretanis Nostri Conventus in gradibus; decantasseq; easdem cum Fratribus, Qui tamen hoc in tempore nullatenus apparuit, ut pote mortuus: Post, brevi convaluit & B. M. Virgini in gradibus gratias egit: vixit quoq; postmodum Annis circiter quindecim, & prima uxore demortua, aliam insociam vitæ duxit, fereq; Nonagenarius felicissime in Domino, obijt, Nullam devotionem & servitium Confraternitati Rosarianæ prætermittens, nec non semper eidem B. M. Virgini tam in gradibus Conventus, quam translatæ ad Capitulare nostrum, gratias semper peragens.

Anno 1736. sub Provincialatu p. m. P. M. Alberti Ochabowicz, Prioratu vero ejusdem Conventus p. m. Patris Magistri Apollinaris Bielowicz, Filii Conventus Cracoviensis, hæc eadem Imago de gradibus nostri Conventus, magna cum devotione & applausu ferè totius Civitatis Varsaviensis, solemnissimè translata est, assentiente & Indulgentias concedente Loci Ordinario Illmo ac Rndio Dno p. m. Stanislao Hossio Episcopo Posnaniensi in mediū Ecclesiæ Conventus Nostri Varsaviensis, toti populo Christiano præsentata, ibidemq; bærente totam per hebdomadam: iterum famosissimo cum applauſu, nec non frequentissimo Populi concursu, concionibus tam demane quam de vesperi in Honorem Ejus, à varijs Viristam Sæcularibus quam Regularibus insignis famæ ubiq; præhabitis, Postea in die octava cum maxima pompa & Populi Congregati applausu, eadem Imago translata est intra mania Conventus Capella Capitularis Nostri, quo in loco etiam nunc vigeat innuméris gratijs, ad cuius Prothotypon, fere quotidie, Populi devoti non desinit adesse concursus.

In eadem Basilica nostra, lucet capella de Quadrato ac Porphirio lapide insigissima SSMo Patri Nostro Dominico, in cuius Altari extat effigies Ejusdem SS. Patris, gratiis innumeris clara, & præcipue matronarum in suo partu peritolantium Patroni fere usitati, nec non varijs documentis comprobati.

Sub eadem Capella, extat insigne Mausoleum de eodem lapide quadrato Porphiriano, à specialibus hujus Conventus & studij Generalis Varsaviensis Benefactoribus, videlicet Adamo & Margaretha Kotowscij Dapiferis Czersciensibus exstructum, in eoq; duz Tumbz marmorez, de eodem lapide exstructæ, in quibus Eorundem corpora decumbunt. Nec nō aliorum insigiorum: uti Illmi & Rndmi Domini Joannis Damasceni Lubieniecki Episcopi Bachoviensis, de Ordine Nostro, & hocce Conventu Varsaviensi ad prædictum Episcopatum assumpti.

Ibidem, itidem decubit corpus Illmi & Magnifici Domini Oborski Camerarii Liveusis specialis Benefactoris ejusdem Conventus. Denuò ibidem decubit corpus Illris & Magnifici Domini Olanowski Dapiferi Plocensis specialis Benefactoris ejusdem Conventus.

Extant & alia, in eadem Basilica seorsim, variorum Benefactorum mausolea, uti Magnificorum ac Nobilium Vitorum, Bieniewsciorum Skulsciorum, Illmæ Domini Grabowska Thalaurariæ Regni. Nobilium Annæ & Joannis krajewskie Mathæi & Franciscæ Conjugum ac Jordani eorundem Filij Kostrzewsciorum, aliorumq; insignium virorum, quos & pagina enarrare nequit Qui omnes speciali sua beneficentia, hunc Varsaviensem Conventum ac Basilicam dotare, atq; gratijs suis specialibus cumulare, suo in vita tempore non desierunt: eorumq; quidam superstites, adusq; modo, continuare non cessant nec desinunt.

In eadem Basilica, splendescit in seorsivo Altari suo, taliissima effigies, tam gratijs quam miraculis fulgens, argento ac auro adornata, Tutelaris Ecclesiae ac Conventus ejusdem S. Hyacithi Poloni Ordinis Nostri, specialissimum Decus Regai Nostri Poloniarum, nec non Specialissimus Patronus Principalis ejusdem Regni.

Hic itaq; Varsaviæ, in nostra Basilica, Anno Domini 2605 ad Altare ejusdem Sancti, oblatus quidam homo mortuus, revixit ejus intercessione, Alter similiter mortuus, oblatus: vita mansit restitutus. Quæ duo miracula recenset in suis Annalibus Venerabilis Pater Abraham Bzovius, eo tempore, actu existens Prior hujus Conventus.

Manet in recenti memoria, evidens documentum miraculi, ante Imaginem S. Hyacinthi, hic siti atq; ante ejus Altare & nostro sæculo: nam circa Annum Domini 1710. quidam Infantulus vi Daemoniorum pressus, atq; oppressus, & morte extinctus sub tempus Litaniarum à Religiosis Fratribus ex Novitiatu decantatarum, ad eandem Imaginem revixit & ab oppressione Dæmonij liberatus permanuit.

Insuper languoribus, ac varijs infirmitatibus tenti & affliti, per speciale Patrocinium hic Varsaviæ & in hac Basilica S. Hyacinthi siti, felicissime liberati, nec non incolumes saniq; extitere Cujus specialissima Sacra Reliquia in theca argentea auro contexta, ac varijs gemmis, atq; pretiosis lapidibus adorna certis temporibus exponitur populo devote adoranda & deosculanda Sacrum Brachium D. Hyacithi, Anno Domini 1606. in præsentia Serenissimi Regis Poloniarum Sigismundi III, Solemnissima cum introductione, ad eandem Basilicam Varsaviensem Nostri Ordinis importata.

Item in eadem Basilica clarescit Altare Thaumaturga Imaginis, S. Vincentij Ferrerii moderno sæculo specialis Pa-

tronii in nostro Regno Poloniæ, vatijs gratiis atq; prodigijs clausientis, atq; in hacce Basilica, satis clari: quod ipsa aurea atq; argentea, fere innumera indicant vota Populi devoti, Quinimo & ipla innumera maximè sub tempus septennæ, cum Indulgentijs à S. sede Apostolica concessis, præmonstrat conflu-entia varii statū ac Conditionis Populi. Extant & alia varia, ferè prodigiosa Altaria, uti S. Doctoris Angelici D. Thomæ Aquinatis, S. Catharinæ Senen: S. Rosæ Limanæ, S. Rochi, SS. MM. Crispini Crispiani S. Joannis Nepomuceni, M. Jesu Do-minii Crucifixi, duo Altaria gloriola & gratiofa ejusdem de-positionis de Cruce, Matrisq; ejusdem dolorosæ, SS. Stephani ac Joannis Evangelistæ Tum & alia ejusdem Sacræ Basilicæ or-namenta, quæ omnia specificè ac sigillatim enarrare ipsa pagi-næ præsentis, denegat prolixitas,

Postquam Anno Domini 1603. institutus fuerat in hocce Conventu in Vicariū Venerabilis. Pater Præsentatus Abraham Bzovius, Anno immediatè sequenti die 22. Septemb: idemmet Conventus erectus est in Prioratum, primusq; ejusdem Prior institutus fuit idemmet P. M. Abraham Bzovius, per P. M. Al-bertum Senkovium Provincialem Poloniæ, alijq; Patres Prio-ri res postmodum successere: uti Aano Domini 1647. P. M. ejus-dem Conventus Filius P. Hyacinthus Baryczka, procuravit in eodem Conventu & suis sumptibus fundavit ex Patrimo-nio studiū formate ad normam studiorum Formalium Con-ventus Posnaniensis & Lublinensis, assignando provisionem annuam determinatam Patribus Professoribus aetū legentibus pro tempore existentibus.

Ad præsens vero ex singulari benevolentia Admodum Radorum Patrum Capituli Generalis Romæ celebrati Anno 1694. concessione & ex speciali gratia Rudmi Patris Magistri Generalis Ordinis P. Antoninni Cloche Annō Domini 1700,
die

die 28. Augusti erectum & institutum, imo eodem Anno die
29. Novembris, inchoatum est studium Generale, confirmatum & approbatum per tria Capitula Generalia.

Conventus Cossorocamenensis.

Fundatus Anno Domini 1628. à p. r. Celsissimo Adamo Alexandro Duce in Kowal, Koszery & Lubartowice Sanguszko Palatino Terrarū Volhyniz, cum sua Celsissima Consorte Catharina de Suzeuw Vechanska, Ducissa, sub Titulo S. Michaelis Archangeli habens Ecclesiam.

Hic Celsissimus Princps, toto corde adhærens Religionem Nostrā, Religiosos suos Fratres appellando in perpetuam memoriam, in Bonis Suis hereditarijs, erecto de toto, ligneo Monasterio & Ecclesia, introduxit duodecim Religiosos, interbendo Ipsijs perpetuo duas Villas Olble & Cyr: Insuper vi-gore ordinationis suz, & Fundi in certis locis Bonorum Suum, non excludendo suos Successores à persolutione debili assignavit ijsdem Religiosis, pro habitibus annualem pensum à Summa originali septem millium Florenorum Polonorum.

Tandem post, Anno 1648. facta est magna devastatio circa affines Oras præsertim Cossoro Cameneci, excitata per nefarios Colaccos, & Ipsijsmet Celsissimi Fundatoris rebelles subditos, qui una cum Colaccis junq; nec Domino suo, vix fugiente saeo a palatio cum aliquot tantum Personis, pepercerunt, nec nostris Religiosis. Imo multo majores alijs, tunc crudelitates supra Religiosos exercentes, funditus submore igne Conventum & Ecclesiam devastatam & spoliatam combusserunt, resq; & mobilia Ecclesiastica, Sacrilegā manu rapuerunt, ac Religiosos aliquos, una cum alijs Nobilibus, Aquacis, Celsissimi Fundatoris, post multas tyrannias occiderunt.

Faventibus tamen Superis, cum magno triumpho ad se

Bona

Bona' reverso' Celsissimo Duce Fundatore, iterum Ecclesia & Convngtus deou'd ab eodem ere&ta extitere, licet ob imminē-
tem mortem prædicti Celsissimi Fundatoris, non ita egregie
ac primo fundata & picturi exornata extat.

Post felicem obitum Fundatoris successit collationis cum
beneficio Illmus Dominus de Bibers fein Comes in Sieczym
& Cerasicin, Carolus Krasicki Castellanus Chełmensis, qui u-
na cum Nobilissima consorte de Domo Rzewuska præter ali-
as suas largitates, prædicto Conventui certam notabilem Sū-
mam inscripsit pro perpetua obligatione & quidem quotidiana
cantandi Missam Votivam Rorate.

Habet & alios speciales Benefactores hicce Conventus-
qui zelo Pietatis erga Sacrum ordinem nostrum certantes,
aliqua notiora beneficia, stante sua vita, præstant & præsta;
gunt, enixe cupientes, ne vacua Nomina eorum, post obitus
suos, remaneant, ex largitate sua pro posse quādam Sum-
mas, pro æterno memoriali S. Religioni adscripserunt,
suosq; successores Literis authenticis adstringentes, ut secun-
dum pia Legata, non degeneri animo in reddendis Provisio-
nibus procederent & suat ejus modi Magnificus ac Gnosus
Dnus Michael Racibowski Pincerna Braclavensis. Perillris &
Magnificus Dominus Adalbertus Czermiński, cum sua chari-
stima consorte Pocillator Volhyniæ.

Magnifica ac Gnoła Domina Catharina Wolska Pocilla trix
Kjoviensis. Magnificus, ac Gnosus Dnus Michael Czarnec-
ki Dapifer Volhyniæ. Magnificus ac Inosus Dnus Stephanus
de Rzeczyce Rzecicki Pincerna Zytomiricensis. Magnificus
ac Gnosus Dnus Adamus Postupalski Pocillator Starodupen-
sis, qui proprio ære Ecclesiam post conflagrationem reædifica-
vit. Illmus Dnus Comes de Biberstein Carolus Krasicki, Ca-
stellanus Chełmensis, cum sua charissima consorte Illmaq; Pro-
le sua.

Conventus Jatowicensis.

Fundatus est à Magnifice Domino Samuele Issaykowſki
Judice Terreſtri Lucorienſi Anno Domini 1658. die 10 men-
ſis Septembris: in Palatinatu Volhyniæ, Districtu vero Lu-
ciorienſi, qui viſtas suas hæreditariaſ Jatowicze & Worlyn, de-
dit, donavit, & resignavit Fratribus noſtriſ, dupliſi Constitutio-
ne Regni Poloniæ in Comitijs Galibus Varlavieſ celebratiſ co-
firmatas, ac demum per Illuſrum & Rndum Domum Loci
Ordinariuſ Epilcopum Luceorienſem, ſervatiſ Juris gra-
buſ approbatas & recognitas.

Hic Conventus recenter ædificatus eſt lateritius, con-
tiens ad manſionem Religioſorum cellas octo coſmodas pra-
ter R. feſtorium, culinaſi & Promptuariuſo ibidem ſita extra
vero hunc novuſ Conventuſ manent duæ Domus ligue à
Religioſis inhabitatæ.

Eccleſiam ſub titulo Præſentationis B. M. V. habet à Ma-
gnifice Domino Vladislao Krzyſzkowski Capitaneo Vlodimi-
riensi proprio ſumptu de laterib⁹ ædificata cum Sacrifa &
adoratione Altarium apparatuſ.

Præter hos Fundatores habet Inſignes Benefactores, Go-
ſum Dnūm Andraſam Kobecki, GG. Dnos. Szafzowſkie Go-
ſum Dnūm Franciſcum Rueiński Magnificam Deām Le-
chowską Caſtellanam Volhyniæ. Goſum Dnūm Gorski, &
alios complures, qui huie Conventui, ex ſua munificencia,
magna p̄eſtant Beſſicia.

Conventus Janoviensis in Lithuania.

Anno Domini 1602. die 25. Septembris, Illuſrus & Rnd-
muſ Dnoſ Stanislaus Gorculinski Epilcopus ex ordine noſtro
aſſumptus, Eccleſiam ſub Titulo S. Joannis Baptiſta donavit,
Conventuſq; ſuo proprio ſumptu erexit, ejusdemq; eretto-
nis Rōmæ Anno Domini 1604 obtinuit conſirmationem & ap-
probationem.

Ha-

Habet certas Summas pro obligationibus perpetuis inscriptas in Bonis Nobilium & Synagoga Judæorum pro censu annuali & Villam Wierzchlesie, cum molendino, pratis, agris ac Sylvis cum libera pescatura in Flumine Buk dicto, nec non Decimas sibi concessas ex aliquibus Bonis Episcopali bus, quæ omnia in Privilegijs datis, fusius exponuntur, & hæc in Archivo Conventus asservantur.

Conventus Brestensis in Lithuania.

Conventus Brestensis in Lithuania ad Nostram Provinciam Poloniae spectans, fundatus est à dnabus Illmis Faminis Magnæ Familiz, sed abortivæ Fidei.

Prima Fundatrix Magdalena Loknicka Domo Budekowiecka. Hæc Calvina oriunda, quatuor Supervivens Maritos, in viduali statu & abortiva perfidia per multos annos vixit: tandem correpta summa senectute & infirmitate, per multos menses: à Medicis derelicta, & ab omnibus desperata, invilla sua hæreditaria Derlo, à SS. Patriarcha Nostro Dominico visibiliter visitata fuit, Cui SSmus Pater, qua Præco Cœlestis futuram sanitatem indixit, si velit abiicere opera tenebrarum Fidei Calvinisticæ, & induere arma lucis Fidei orthodoxæ.

Hæc, febri calida actu laborans, petijt misericorditer à S. Patre Dominico, ut sibi vita prolongaretur, cui appromisit prolongandam ad viginti quatuor annos, cum proposito, ut suos errores antiquos revocet & suos Fres Dominicanos, materno foveat affectu & veneratione. Hæc omnia declaravit ac vovit præstanta votumq; persoluit.

Mox mittens Lublinum, ut Patres nostri ad illam in villa sua hæreditaria Derlo, comparerent. Comparuerunt ergo duo Doctissimi Viri, & ex impia fide pientissimam & Sanctam in Votis suis invenerunt.

His Patribus enarravit suas apparitiones, & Fidem Catholico-

tholicam, per manus eorumdem Patrum Dominiciorum de votissimè suscepit, erroresq; Calvinisticos abrogavit. Suum Palatum Patribus nostris in Civitate Brestensi in Lithuania situm, pro Fundatione Conventus donavit, & Ecclesiam muratam extruxit, cum omni argenteria & suppellestili Ecclesiastica Anno Domini 1632. ut testantur Epithaphia & tabulae argenteæ. Vixit in Fide catholica athodoxa annis viginti quatuor.

Per hoc spatum vitæ suæ, villam Derlo cum omnibus attinentijs & pertinentijs, modo hereditario suæ Fundationi consignavit, atq; aliam villam Czemery vocatam consecravit

Suos Prædicantios Calvinistas numero duodecim à se repudiavir, illosq; increpavit, quod & Parentes suos & Illam, in talibus maledictis erroribus involverunt. Quorum quatuor ad Fidem Catholicam Illam Dñam Fundatrix, suo vivo exemplo convertit & facti sunt Sacerdotes, quibus proprio peculio, Beneficia curata procuravit, videlicet Beneficium Sławaticense, Kodnense, Płaczacense & Voynense qui quatuor Sacerdotes pientissimè vixerunt & decesserunt,

Alios suos Prædicantios, cum Ecclesia curata Calvinistica, in eadem Villa Derlo, tormentis bellicis demoliti jussi eosq; octo obstinatos, expulit in universum orbem: Ipsa vero factis tot beneficijs Conventui Nostro Brestensi Annō Domini 1627 Sanctissimè per manus nostrorum Patrum, animam Deo reddidit in eademq; Ecclesia nostra, sepulta est post Altare Majus.

Annō Domini 1680. per Suechos, Ecclesia nostra & Conventus fuerunt combusta, & taliter devastata, ut Patres ac fratres Nostri nec talem habere possent angulum in quo permanere possent, & sic sopherbantur non per parvum spatiū temporis in prædictis villis Derlo & Czemery. à piissima Fundatrice Nobis oblatis.

Dum

Dum ergo non haberetur modus tam promptè resipi-
scendi, & ad primam perfectionem reducendi Conventum:
Providentia Divina factum est, quod secunda adinventa Fun-
datrix Lutherana Fidei Ilma Svetoslava Duninowna de Ray-
ce Prazmowska. Hæc mera quadam pietate & exemplaritate
pie defuncti, pro tunc Prioris ejusdem Conventus Patris Ma-
gistri Stoinski, per ejus manus à Lutherana ejurata, Fidem
Catholicam amplexata est, & Foundationem auxit, & Ecclesi-
am ad pristinam perfectionem reduxit, atq; duas Capellas SS
Rosatij B. M. V. & dulcissimi Nominis Jesu splendidas & Cō-
ventulum parvum muravit. Reliquit hæc piissima secunda
Fundatrix ad viginti millia scutorum Romanorum. At post
fata ejusdem quidam ex sua linea, tempore hostilitatis Molcho-
vitæ Ecclesiam nostram aggressus cum suis Asseelis, omni
splendore & thesauris deprædavit, & vasta argentea snbripuit,
Conventumq; & Ecclesiam benè fundatam summè depau-
peravit.

Eadem piissima Fundatrix, Imaginem gratosissimam Ca-
pellæ Rotarianæ, cum Summo applausu Procerum Regni, ap-
plicavit, ac solemniter ad Ecclesiam introduxit Annò Domini
1630.

De hac Imagine grata hæc Traditio authenticæ reliqua
posteriorati habetur.

Imago hæc tempore Incursionis per Turcas & Tartarosq;
alirosq; impios hostes, & quasi universalis totius Palatinatus
Podoliae devastationis, ad securiorem locum ex oppido Sta-
rawka, inter alias complures, tam Ecclesiasticas, quam diver-
sorum, Nobiliū, Civium, aliorumq; sacerularium Hominum
Supellestiles evehentur: ab iisdem hostibus illo in itinere,
cum tota dicta supellestili, curribusq; & equis abrepta erat,
nec non homines qui se fugâ saluare non poterant in captivi-
tatem rapti.

De hac barbarorum præda, in vicino cum suo existens milite cum rescivisset Illius Dnus Nicolaus Potocki Generalis Podoliæ, vir bellicosissimus, maritus pro tunc Illæ Fundatrix, præfatos hostes, hac & alia anteriori præda, horribus captivis ouustos, insecutus, feliciter quosdam peremis gladio, alios in fagam egit, ceteros captivos sibi reservavit.

Christianos è captivitate eorum, liberavit, omnisq; supellestilis illius jam hostilis, sibi suoq; militi in prædam cessit.

Inter hæc ergo supellestilem, hæc quoq; reperta Imago quam Idem Illius Potocki, jam omnibus spoliatam ornantis, sibi reliquerat, in domesticæ suæ capellæ Altari collocandam. Vivens postea cum prædicta Illæ Consorte sua in Lutheranæ Fidei errore, existente, Antis circiter septem, hæc fidem Catholicam ex occasione miraculi ejusdem Imaginis, quod nimirum elmi mortuo suo Illmo Marito, integritatem viræ, precibus suis ad hanc Imaginem B. M. V. insuetis, impetraverat, Fidem Catholicam amplexa, eandem postea Imaginem summo in honore habuit.

Post fata vero Illæ Mariti sui & in Ecclesia Patrum Dominicanorum Leopoliensium tumulati, in eodem anno: impatrii honore in viduali statu, quinq; annis ex stans, conservavit.

Nupsit postea Illmo Alberto Prazmowski V. xill. f. ro Coriæ Regni, ultimo suo Marito, cum eoq; vixit annis sex completis. Pater Magister Stouski scepisus hac in Dormo, domestice conversabatur summo habitus in reseptu.

Post hæc Illæ Fundatrix, mota quibusdam displicentibus ad Provinciam Russiæ, vivente ad huc præfato Patre Magistro Klonski, munus Provincialis illius Provinciae Russiæ obuentis, Patres Provinciae Russiæ relegavit ex sua Capellania. Tandem Provinciae Nostræ Patres ad dictum Capellaniæ munus obeundum sibi adscivit, qui annis circiter quindecim; usq;

ad obitum Illmæ Fundatricis, hoc Spirituale munus indefesse sunt executi.

Moriturus & Illmus maritus ejus, Imagine m Priori Conventū Brestensis in Lithuania donat, Capellam SS. Rosarij B. M. V. sumptuosam fundat, erigitq; Altare & in eo collocat, veste argenteâ inaurata, Gedasi non modico sumptu confecta, varijsq; clenodijs ac tabellis votiuis adornatam reponit.

Per quinq; millaria publicè in magna Magnatum, diversiq; status hominum frequentia, ad Ecclesiam PP. Domini canonorum Brestensium delata, in Capella & Altari sibi consecrato Anno Domini 1694. est collocata.

Vtq; Major Imagini huic habeatur honor, non medium fundationem prefata Illmæ Fundatrix reliquit in hunc finem, quatenus perpetuis temporibus quolibet die cantetur missa ante prefata SSmæ Virginis Imaginem.

Insuper intuitu hujus Foundationis, sub Nominis Dulcissimi Nominis Iesu Altare extructum, Ecclesiamq; jam penitus ruinatam de novo reparavit Conventum de nova radice ex muro confecit ac ornamenti non modica Ecclesia in argento, Apparatusq; pretiosis comparavit.

Conventus Lancutensis.

In Civitate Lancute obi, primâ Foundatione facta per Illmos Stadnicelos hic Conventus fecit ædificatus cum Ecclesia sub T. tulo SS. Apostolorum Petri & Pauli brevi intervallo temporis ab hereticis devastatus,

Postea Celsissimi Principes Lubomirscij, nostræ S. Religioni maxime addigi, novam exererunt Ecclesiam, novamq; fundant Conventum ex sua speciali benignitate & pietate, quem jam ex majori parte inciperat Celsissimus Princeps Theodorus Lubomirski Palatinus Cracoviensis adficare, & nunc piegtissimi Successores perficiunt, quibus supervivētibus

tibus D. T. O. M. Suām largiatur benedictionem, & quām dī,
utissimē, in Laudem & Honorem sui, conseruet incolumes,

Conventus Zmigrodienis.

Ab Illmis Dominis Stadniccijs hic Conventus fundatus
cum Ecclesia sub Titulo Assumptionis Gloriosissimæ Virginis
Mariæ, sub tempus Joannis XXII. Summi Pontificis ad ejus
specialem concessiōnem. Nunc autem ad præsens, augetur bę
neficijs & gratijs Celsissimæ Principissæ Korybutowa olim
Castellani Cracoviensis, Insignis pariter Benefactoris, chariss.
mæ Consortis, nunc viduæ pientissimæ.

Conventus Climontoviensis.

Illni Domini Ossolinskij Conventum Climontoyensem
cum Ecclesia sub Titulo S. Hyacinthi Confessoris ON. ex pia
devotione sua erga hanc Sanctum Patronum Regni Polonij
fundarunt.

In hacce Ecclesia claret quam plurimis miraculis Imago
gloriosissimæ Virginis Mariæ Deiparæ, translata de Moschovia
ab Illmis Fundatoribus & Capellæ SSmi Rosarij, per Eoldem
Fundatores splendidissimè adiscicatæ, oblata est. Monasterium
in quadro muratum, cum suis duobus Refectorijs, cæterisq; Ofi-
ficiinis sat commodis & comptè adiscicatis continet. In Villa Ol-
bierzowice Ecclesiam Parochialem tenet, cum cura Anim-
rum, ad quam plures villæ spestant, cum suis Decimis, agri
Parochialibus inscriptis, pro sustentatione Fratrum Nostrorum

Conventus Gidlensis.

In Pago Gidle sive Gidzle Dominorum Gidzielsiorum
hæreditario, in Archidiocesi Gnesnensi, Palatinatu Siradien;
Illma Domina Anna de Ruszocice Dąmbrowska Castellana
Vieluonensis, hunc Conventum & Ecclesiam erexit & fundauit
Anno Dni 1656 die 25 Maj sub Titulo Gloriosissimæ Virgi-
nis Deiparæ Confirmationemq; suæ Foundationis, obtivit;

Celissimo Primate Regni Laurentio Gembicki Archiepiscopo Gnesnensi ac cæteris ejus succedaneis Primatibus Regni Alberto Baranowski & Mathia Łubiensk sibi succedentibus, eandemq; Confirmationem Patri Magistro Joanni de Łeczna pro tunc Provinciali Poloniæ cum villa Woynowice, & alijs adjacentijs consignavit, & ut sit sub cura Patrum Conventus Cracoviensis SSær Trinitatis obligavit.

Habet sat amplam Ecclesiam cum Sumptuosis Capellis duabus Gloriosissimæ videlicet Virginis Mariæ & D. Hyacinthi, duabus Turribus adornatam, atq; Sacristiam amplam pulchre ornatam cum Argenteria & sumptuosis apparatibus Ecclesiæ.

De inventione Imaginis sive Iconis B. M. V. in hacce Cappella locata, ab uno Chmetone Joanne Czeczek agrum colente; latissimè conscripta est Historia à Patre Magistro Ambroso Zagaiowski in libro cui Titulus *Thesaurus magnus*, in quo etiam per longum describit miracula facta, & patrari non desinentia usq; ad hæc nostra tempora.

Serenissimorum Regum Poloniæ Joannis Casimiri, & nunc felicissimè Nobis Regnantis Augusti III. in Protectionem suam Regiam, hunc Sacrum Locum recipientium, Privilegia plura obtinet Conventus, quorum exemplaria authentica conservantur.

In honorem hujus miraculosæ Imaginis pro Dominica 1. Maj, semper adest celebris frequentia Populi, etiam de longe concurrentis, variarum nationum, causâ devotionis, confluentis; ad hanc misericordissimam Matrem: sicuti & pro Festivitate D. Hyacinthi, Civitas Radomscensis cum Voto personando quotannis adest, nec unquam dimittit suam erga hunc Sanctum Patronum Regni, devotionem.

Reliquia S. Vincentij Ferrerij O. N. introducta est Anno

Domini 1742. sub tempus Prioratus Patris Hyacinthi Kliszowski Prædicatoris Generalis, quæ in summo honore & reverentia habita, ab omnibus Christi Fidelibus devotissime colitur.

Conventus Janoviensis Gratiarum.

In Civitate Janoviensi ob affluentiam gratiarum Gloriosissimæ Virginis Deiparæ dicta, ab Illo misericordia ac Excellenti Dominis de Domo Zamoysciorum fundatus est hic Conventus cum Ecclesia sub Titulo B. M. V. Gratiarum. Ob hunc Titulum, multas gratias multaq; beneficia præstat cunctis postulantibus Hæc Dulcissima Mater, consolatrix cunctorum, in quibusvis necessitatibus ac infirmitatibus semper pia auxiliatrix permanet. Adest penes hunc Conventum Janoviensem Gratiarum puteus, in quo Fons emanans, aquam bibentibus illam, sanitatem tribuit, & infirmitatem corporis sanat, prout quam plurimi, testantur id se consecutos fuisse.

Conventus Iatowicensis.

In Palatinatu Volhyniæ, Districtu vero Luceorienſi, à Magnifico Domino Samuele Ilaykowski Judice Terrestris Luceorienſi, fundatus est hic Conventus cum Ecclesia sub Titulo Præsentationis B. M. Virginis. Hic Magnificus Fundator, Villas suas hereditarias Iatowice & Worlyn, in Castro Varsviensi Anno Domini 1658. die 10 Septembris Conventui donavit ac inscripsit, dupli Constitutione Regni firmavit, in Comitijs Generalibus Varsaviæ celebratis.

Hic Conventus, speciali gratia Magnifici Domini Vladislai Krzyzowski Capitanei Vlodimirieensis, sumptu proprio post dirruptionem hostium redificatus est eum templo, Sacristia, cæterisq; Officinis, conseruatq; totam Argenteriam & supellestilem Ecclesiasticam.

Habet ius super alias summas, pro perpetuis obligatiis nibus inscriptas, tam in Bonis Nobilium, quam Synagoga Ju-

dzornm Luccorienium à quibus ex censu annuo satisit obligationibus.

Conventus Dzikoviensis,

Illius & Excellimus Daus Joannes Stanislaus Amor Tarnowski, Marchio in Tarnow, Iaroslaw Dzikow &c. Insignis cultor & Benefactor S. Religionis Nostræ, & præcipue Istius Conventus, cum Illma sua Consorte Sophia Barbara Duorum Nominum de Dambrowice Fierleiowna hunc Conventum & Ecclesiam sub Titulo Assumptionis Gloriosissimæ Mariæ Virginis fundarunt: semperq; & usq; ad moderna tempora nostra suis augent beneficijs, ac pro ornamento Ecclesiæ, Conventus, Sacristiæ, varia & pretiosa supelleilia Suppeditant, Conventumq; muratum sicut & Ecclesiam perficiant, providuntq; necessaria.

In hac Ecclesia prælucet miraculis Imago Gloriosissimæ MARIAE Virginis, huic Ecclesiæ ab Illmis Fundatoribus donata, & ex Arca Eorundem ad nostram Ecclesiam solemniter translata, atq; in Altari majori, sumptuosè ædificato ac adornato collocata subsistit, ab Annô Dni 1678. die 20. Maij

Civitates propinquæ Sandomiria, Opatovium Pacanovia, & cæteræ aliæ, pro Festis Pentecostalibus, & omnibus Festis B.M.V. augent honorem, processionaliter adventantes, suæq; protectioni sese comendantes, Ejus semper experiuntur Patrocinium, prout demonstrant vota appensa.

Conventus Borecensis.

In submontano, propè Civitatem Tycinensem, Per illris Nn^o 2 &

& Ad: Rndus Dnus Mathias Nowicki Canonicus Jaroslavienis,
Præpositus Tycinensis, & Parochus Borecensis, hunc Conven-
tum & Ecclesiam sub Titulo Gloriosissimæ Virginis Mariz,
sumptu proprio, Paternæ Fortunæ, erexit & fundavit Anno
Domini 1670. de consensu Illmi & Rndmi Domini Stanislai
Sarnowski Episcopi Premisliensis, ac per Perillres & Rndmos
Dnos, suæ Cathedræ Prælatos, Franciscum videlicet Fiałkow-
ski & Quætum Canonicum ac Præpositum Rzeszoviensem so-
lemniter introduxit, ac stabilivit.

Insignes Benefactores hujus Conventûs, sunt Illmi Do-
mini Braniceij, Lubomirscij, Stawscij, plurimiq; alij munificen-
tissimi Benefactores.

Conventus Crasnobrodensis.

Illmi Domini Alexander & Michael Marchiones in Dzi-
kow Tarnawscij, hunc Conventum & Ecclesiam sat præclarum
cum omni commoditate, muro circumcirca obducto, sicut &
Conventum ex mro fundarunt & crexerunt. In hac Eccle-
sia adest parvullima Imago B. M. V. in albo papyro exarata plu-
rimis clarens miraculis, in Altari majori collocata ad quâ,
confluxus Populi quotidianus etiam ex remotioribus Civita-
tibus & pagis pro obtainendis gratijs salutatibus, conspicitur
in suis desiderijs non frustratus.

Conventus Cieszanoviensis.

Sub Titulo Gloriosissimæ Virginis Mariz & S. Hyacin-
thi Confessoris Ordinis Nostri Patroni Regni Poloniae, Illmus
Dominus Bełzecki, Palatinus Podolæ hunc Conventum fun-
davit, Ecclesiamq; Parochialem pro eisdem obtainut, cum cu-
ra Animarum, soli Providentiaz Divinæ confisi Fratres nostri su-
stentantur.

Conventus Roxicensis.

Ex speciali affatu, erga Sacrum Ordinem nostrum Ma-

gnifi-

gnificus Dominus Nicolaus de Rokszycze Roxicki cum sua
devotissima Con sorte Anastasia, hunc Conventum & Ecclesi-
am erexerunt & fundarunt, sub Titulo SS. Trinitatis, Anno
Domini 1698 per Perillustrem & Radmum Dnum Joannem
Bozeniec Jetowicki Canonicum & Surrogatum Lovicien-
sem de consensu Illmi & Radmi Domini Francisci Prazmo-
wski Episcopi Luceoriensis solemniter introducti die 15 Junij.
Habet pro dote certas summas inscriptas in Bonis Nobili-
um & Synagoga Judorum, varijs in locis commorantium,
ex quarum Censi anno Fratres nostri sustentantur, & bene-
ficia manu Magnificorum Dominorum de Familia Roxiciorū
& aliorum piorum Benefactorum.

Conventus Sophiboriensis.

Anno Domini 1740. Magnificus Dns Franciscus in Za-
krze & Nowosielec Nowosielski Capitaneus Łukoviensis, nūc
autem Suecameraries Lublin in Bonis suis hereditarijs, Zofi-
bor dictis, hunc Conventum erexit ac Ecclesiam, Quatuor
Chmetones cum eorundem agris ac fundo pro erienda Ec-
clesia, clau stro, Prædio & hortis circum circa Ecclesiam, ad tre
centos cubitus, sese extendente consignavit.

Habet aliquas Summas sibi inscriptas à varijs Magnificis
Dominis, tam pro conservatione Conventus & Ecclesiaz, quā
sustentatione Fratrum nostrorum, procurante sua activitate
& dexteritate Rudo Patre Prædicatore Generali fratre Ludovi-
co Weyher, ast modernis temporibus cum magna difficultate
per strepitum Juris census recipiuntur.

Conventus Kozinensis.

In Palatinatu Volhyniæ, Districtu vero Cremenecensi
fundatus & erectus est Anno Domini 1738. die 18. Julij ab Illmo
Dno Cajetane Amor Tarnowski Marchione de Ozobor, qui
die 13 Aprilis Anno 1748. pijssimè obiit. Habet Prædiolum

in suburbio Kozitensi, cum agris, hortis, pratis, carente subditis, quare ex asse parato, conductit Conventus pro agricultura & collectione frugum varios laboriosos homines.

Summas pro obligationibus perpetuis habet sibi inscriptas apud varios Nobiles, censusq; annuos percipit, quibus Fratres nostri sustentantur quo ad posse, cetera Divinæ Prudentiaz adscribunt.

PROVINCIA POLONIÆ

Cum suis Conventibus metrice circumscribitur.

*Contrata sive Vicariatus Nationalis
Minoris Poloniae.*

Vnum Trinumq; Deum Cracius Conventus adorat,
Osvetima Crucem Domini, pro pignore sumpsit.

Pignora Sacra tenet in Gidlis Virgo Maria.

Insignita manet Petricovia, voce Dorothæ,
Sumitur ad Cælos de Bochna Virgo Maria,

His Titulis fulget, Zmigrodia montibus adstantis,
Borcum sub Quercu sustentat Virgo Beata.

Tu Petre cum Paulo, Lancutum protegis Ipse.

Præmisliæ recipit, cælestia Nuocia Virgo.

At Martyr Catharina, Tibi Samboria Tutrix.

Dzikovumq; Rosas nequit, pro Fronre Mariz

Ad Sandomirum, redduntur vota Jacobo.

Ast alias ædes, Peccatrix nomine donat.

Climontina caput Nomen de Voce Hyacinthi.

Abbatina Petro cumulatur Martyre Sancto,

Virginibusq; sacris, Gusmani Nomina dantur,

Sub Craciæ muris, Castellum vela repandit,

Estq; Domus Major, proprius vicina minori,

Annumerat Craciæ, Premislia Celsa sorores,

Nec defunt Aliæ, quarum Petricovia nutrix,

Hos Craciæ Pastor Conventus, dirigit omnes.

Contrata five.

Vicariatus Nationis Majoris Poloniæ,
Pro Patre Dominicum, Posnania Cella recepit.
Nuncia, Virgo capit Mater, Cœlestia, Vroncis,
Myrhenensis Præful, Costensi sede resulget,
Srodam sub Christi passi Cruce stare necesse,
Præcursor Christi Znenam regit Ipse Joannes,
Syradios Martyr Stanislaus Jure gubernat,
Velatum etiam cumulat Posnania claustrum,
Hie non velatæ, certa sub lege ministrant.
Contrahit has ædes ad se, Posnania cunctas.

Contrata five.

Vicariatus Nationis Prussiæ,
Myrhenensis Præful, Dantisco præsidet amplio,
Hoc etiam Titulo, Thorunia celsa resulget,
Culma Petro & Paulo Sanctis, sacrata remansit.
Derschovo colitur, præ cunctis, Virgo Maria,
Conventus istos, Dantiscum, contrahit ad se.

Contrata five.

Vicariatus Nationis Mazoviæ.
Consecrata manet Sancto Varlava Jacintho.

Exornant Varcam prænomina Stanislai,
At Sochaczewum Patares Nomine fulget.
Protegit alma Trias, Conventum Loviciensem,
Lanciciam Stanislans, atq; Dorotha gubernant.
Sed Princeps Michael Brestensi præsidet ædi.
Dominicusq; Pater, Plocensem Nomine donat.
Est ibi Sancta Trias, priscis concussa ruinis,
Sunt non velatæ, Plocensi sede Sorores.
Ad Sochaczewum protendunt vela Puellæ.
Conventus istos, Varsavia celsa gubernat.

Contrata five.

Vicariatus Nationis Lublinensis.

Ornat Lublinum Stanislaus, Nominе Sancto.
 Præcursori nitet, Lithuana Janovia, Christi.
 Protegit ad Brestam Lithyanam Sancta Sophia,
 Horodlum Virgo tenet Mater Christi atq; Hyacinthus.
 Ast Chribieszovum Myrrheni Præsule gaudet,
 Sumitur ad Cælos, de Bełza Virgo Maria.
 Ipsa dabit reliquis Conventibus omnia Sacra,
 Ut Crasnobrodensi, pro Dijsq; corrusco,
 Nomina portanti Magni sub voce Joannis,
 Et Cieszanovo colitur queis, Virgo Maria.
 Lublinum referas Bełzensum Vela Sororum.
 Sub Cruce vivifica, Domibus, quoad præsidet istis.

Contrata seu.

Vicariatus Nationis Volhyniæ.
 Sumitur ad cælos de Łuco Virgo Maria.
 Præsentata manet Conventu in Jałowicensi,
 Protegit Alma Trias Fratres Vladimirienses.
 Cameno Michael donatus sorte Patronus.
 Kozinum, Roxyczka wola ac Henopolis absq;
 Sunt Titulis, largos expectant usq; Patronos.
 Has omnes ædes, Luceoria contrahit ad se.

Conventus Desolati.

Temporibus priscis, plures numeravimus olim.
 Sed desolati penitus, stat Nostræ inane.
 Elbingam, Montem Regalem, Ligniciamq;
 Brigam, Leocinum, consumperat hæresis atrox.
 Hæc eadem Słupciam seu Stolpam Cassubianam,
 Pauperies alios, ut Chetwam, sustilit, atra.
 Hæcq; Boleslawiec, penitus sub rudera misit.
 Edidit hæc etiam plures Provincias quondam,
 Sed nulli cedit, cunctis æqualis habetur.
 Quam Dominus Seruet, subjectis multiplicatam.
 Sic Vovet Inscriptens, Priscorum Nomina Patrum.

Ad Majorem D. T. O. M. Gloriam B M. V. Protectricis Ordinis
 cultum & Venerationem ac Proviciæ in Decus &
 ornamentum cedant Omnia.

In-



I N D E X

Contentorum in hoc Libro.

A.

Abraham Bzovius.	-	-	fol.	70.
Alanus Bardziński	-	-	fol.	112.
Alanus Soszyński	-	-	fol.	112.
Albertus Sekovijs.	-	-	fol.	73.
Albertus Bartochowski	-	-	fol.	80.
Albertus Margonius,	-	-	fol.	84.
Albertus Zochowski	-	-	fol.	88.
Albertus Siekielewicz,	-	-	fol.	89.
Albertus Cadau	-	-	fol.	98.
Albertus Drohobicki,	-	-	fol.	107.
Albertus Balcerkowicz,	-	-	fol.	98.
Albertus Grabiecki,	-	-	fol.	100.
Albertus Funck,	-	-	fol.	114.
Albertus Ochabowicz	-	-	fol.	114.
Albertus Sękowski	-	-	fol.	125.
Albertus Reptowski	-	-	fol.	137.
Alexius Conversus,	-	-	fol.	68.
Ambrosius Szczepanowski	-	-	fol.	95.
Ambrosius Thyll,	-	-	fol.	108.
Ambrosius Kozielski	-	-	fol.	124.
Ambrosius Glinkiewicz	-	-	fol.	138.
Angelus Wierzbowicz	-	-	fol.	85.
Andreas Radawiecki,	-	-	fol.	79.
Andreas Łyszkiewicz,	-	-	fol.	133.
Anselmus, Albertus Alexander MM.	-	-	fol.	41.
Antonius Mdzewski	-	-	fol.	77.
Antonius Boreyko	-	-	fol.	144.
Athanasius Cielzkiewicz,	-	-	fol.	93.
Augustinus Rogala	-	-	fol.	109.

Oo

Augu-

Augustinus Tarnowski
Aurelianus Roboszkiewicz
Archiepiscoporum & Episcoporum series,

B.

Beata re & Nomine Tęczyńska Tertiar.

Berengarius,

Bernardus,

Berwardus, Parcoviš

Bernardus Praxilli,

Bernardus Grzybowski

Bernardus Pegazius,

Bonifacius Trybowicz,

Bonifacius Wolinski,

Bosna in Oppido MM.

Bochnensis Convento erectio,

Borecensis Convento erectio

Betzensis Convento erectio

Brestensis, in Cujavia erectio

Brestensis in Lithuania erectio

II

Camillos Samboriensis,

Camillos Jasinski

Candidus Zagorowski,

Candidus Nadalinski.

Carolus Franco,

Casimirus Korezewski,

Casimirus Napoliski,

Casimirus Lezynski,

Ceslaus Odrowanssus,

Ceslaus Bajer.

Conradus Frisaceensis,

Cornelius Willich,

fol. 116.
fol. 117.
fol. 166.

fol. 37.
fol. 30.
fol. 34.
fol. 61.
fol. 69.
fol. 120.
fol. 126.
fol. 15.
fol. 92.
fol. 33.
fol. 36.
fol. 23.
fol. 28.
fol. 45.
fol. 25.
fol. 27.

III

fol. 7.
fol. 83.
fol. 132.
fol. 105.
fol. 52.
fol. 134.
fol. 136.
fol. 130.
fol. 13.
fol. 128.
fol. 24.
fol. 100.

Cle

Clemens Crodell.					fol.	109.
Cracovien Conv. Erectio.	-	-	-	-	fol.	590.
Cyprianus, Polnaniensis,	-	-	-	-	fol.	43.
Cyprianus Magister,	-	-	-	-	fol.	73.
Cyprianus Stephanowski	-	-	-	-	fol.	80.
Cyprianus Sapecki.	-	-	-	-	fol.	96.
Climontowien Conv. Erectio.	-	-	-	-	fol.	280.
Costensis Convent. Erectio.	-	-	-	-	fol.	156.
Culmensis Convent erect.	-	-	-	-	fol.	221.
Cieszanowien Conv. erect.	-	-	-	-	fol.	284.
Cofferocamnen Conv. erect.	-	-	-	-	fol.	271.
Crasnobrodensis Conventus erectio	-	-	-	-	fol.	284.
Cozinenensis Conventus erectio.	-	-	-	-	fol.	285.
Daniel Nitzwand.	D.				fol.	109.
Dionysius Molinski.	-	-	-	-	fol.	80.
Dionysius Mozdzianowski.	-	-	-	-	fol.	137.
Dominicus Małachowski.	-	-	-	-	fol.	82.
Dominicus Kociatkowski.	-	-	-	-	fol.	76.
Dominicus Lezynski.	-	-	-	-	fol.	130.
Dominicus Antonius Wrzeszcz.	-	-	-	-	fol.	113.
Dominicus Szaniawski.	-	-	-	-	fol.	126.
Dominicus Krzewinski.	-	-	-	-	fol.	100.
Dominicus Frydrychowicz.	-	-	-	-	fol.	91.
Dominicus Lewiński.	-	-	-	-	fol.	107.
Dominicus Laskowski.	-	-	-	-	fol.	130.
Dzicoviensis Conventus erectio.	-	-	-	-	fol.	283.
Derlichovienensis Conventus erectio.	E.				fol.	236.
Erasmus Konjuszewski	-	-	-	-	fol.	69.
Franctus Essembleter.	-	-	-	-	fol.	108.
Euphemia Domicilla secundi Habitūs,	-	-	-	-	fol.	33.
Exhortatio D. Hyacinthi Plantatoris Provinciae Poloniae ad Fratres.	-	-	-	-	fol.	141.

	F.	
Fabiānus Birkōfsk.	-	fol. 81.
Florianus, Benedictus & Godinus.	-	fol. 21.
Ferdinandus Januszowski,	-	fol. 92.
Felix de Siradia.	-	fol. 48.
Florianus Cracoviensis.	-	fol. 35.
Florianus Strażynski.	-	fol. 90.
Florianus Trojanowicz	-	fol. 137.
Florianus Grabiecki,	-	fol. 129.
Franciscus Czarnkovius.	-	fol. 78.
	G.	
Gabriel Franco,	-	fol. 62.
Gabriel Zawielzko,	-	fol. 83.
Georgius Trebnitz,	-	fol. 49.
Georgius Borowski,	-	fol. 133.
Georgius Gafzynski.	-	fol. 133.
Goltardus Gramifordius,	-	fol. 99.
Gregorius Buszkiewicz,	-	fol. 116.
Gregorius Perkowski	-	fol. 137.
Gedanensis Conventus. erectio.	-	fol. 211.
Gidlenensis Convent.. erectio.	-	fol. 280.
	H.	
Henricus Moravus.	-	fol. 18.
Henricus Theuto,	-	fol. 18.
Henricus Polonus.	-	fol. 20.
Item Henricus Polonus..	-	fol. 37
Helghetus..	-	fol. 24.
Hieronymus Milonski	-	fol. 94.
Hieronymus Makowski	-	fol. 127.
Hieronymus Chyzowski	-	fol. 118.
Hippolitus Hulewicz.	-	fol. 66.
Hyacinthus Odrovansius.	-	fol. 2.

Hya

Hyacinthus Sułki.			
Hyacinthus Baryczka	-	-	fol. 82.
Hyacinthus Procopius.	-	-	fol. 123.
Hyacinthus Włosiański,	-	-	fol. 63.
Hyacinthus Małkowski.	-	-	fol. 75.
Hyacinthus Brailitz,	-	-	fol. 81.
Hyacinthus Kurowski,	-	-	fol. 76.
Hyacinthus Jarocki,	-	-	fol. 87.
Hyacinthus Lubowidzki.	-	-	fol. 87.
Hyacinthus Gruszewicz,	-	-	fol. 106.
Hyacinthus Czaplic,	-	-	fol. 86.
Hubieszowienensis Convent. erectio.	-	-	fol. 120.
Horodlensis Convent. erectio.	-	-	fol. 257.
	I.		

Jacobus Olszański,			
Ignatius Kownacki.	-	-	fol. 118.
Ignatius Krzeczkowski.	-	-	fol. 85.
Innocentius Premisliensis.	-	-	fol. 113.
Innocentius Morawski,	-	-	fol. 49.
Joannes Polonus.	-	-	fol. 49.
Joannes Swentenfelt.	-	-	fol. 30.
Joannes Opatovius,	-	-	fol. 33.
Joannes Conversus.	-	-	fol. 35.
Joannes Waxman,	-	-	fol. 38.
Joannes Candidus Jałmuzna.	-	-	fol. 81.
Joannes de Łęzno.	-	-	fol. 110.
Joannes Damascenus Magister.	-	-	fol. 124.
Joannes Damascen. Lubieniecki.	-	-	fol. 47.
Joannes Damascen. Gostawski.	-	-	fol. 123.
Joan. Baptista Kownacki.	-	-	fol. 125.
Joan. Evangel. Gawłowicz.	-	-	fol. 62.
Joan. Baptist. Jurewicz.	-	-	fol. 86.

Joan: Christostom. Polewicz.	fol.	127.
Joan, Paulus Jezierski	fol.	132.
Joseph Stephan. Swetopełk.	fol.	66.
Justinus Miechowita,	fol.	84.
Justinus Gostkowski	fol.	119.
Justus Słowikowski,	fol.	103.
Justus Gliszczynski	fol.	136.
Jaquisitores S. Officij Haereticz pravitatis in Provincia no- stra Poloniz.	fol.	179.
Janoviensis Conv. ereditio.	fol.	282.
Jalovicensis Conv. ereditio.	fol.	282.
L.		
Laurentius Święcki.	fol.	134.
Lubartow in Oppido MM.	fol.	36.
Lucas Samotulius	fol.	51.
Lucas Pleszovius	fol.	77.
Ludolphus Magister.	fol.	37.
Ludovicus Pozora.	fol.	115.
Ludovicus Cosdroas.	fol.	65.
Literz S. P. N. Dominici ad Patres Provinciz Poloniz ordinatz.	fol.	139.
Lancutensis Conv. ereditio.	fol.	779.
Lanciensis Conv. ereditio.	fol.	238.
Lovicensis Conv. ereditio.	fol.	252.
Lublinensis, Conventus ereditio.	fol.	239.
Luceorienensis Conv. ereditio.	fol.	249.
A n u o m i n i s t r o s M. d a C o n v. M.		
Martinus Strempa,	fol.	28.
Martinus Skempski	fol.	77.
Martinus Borovius,	fol.	136.
Meynardus Zegiebertus,	fol.	31.
Melchior Mosticensis.	fol.	43.
	Mel-	

Melchior de Warko.				fol.	45.
Michael Conversus,				fol.	77.
Michael Mosticensis.				fol.	73.
Michael Follant.				fol.	101.
	N.				
Nicolaus Magister.				fol.	32.
Nicolaus Oborski.				fol.	95.
Nicolaus Sedgiewicz,				fol.	108.
Nicolaus Ruzkiewicz,				fol.	119.
	O.				
Ostetimensis Conv. erector.				fol.	209.
Opatowiecensis Conv. erector.				fol.	236.
Paulus Episcopus Posnani.	P.			fol.	29.
Paulus Sarbinius.				fol.	72.
Paulus Ruszell.				fol.	74.
Patrijus Laczewicz,				fol.	98.
Petrus Covaliensis.				fol.	50.
Petrus Drogoszewski.				fol.	110.
Petrus Schultz.				fol.	102.
Procopius Szostakowski,				fol.	119.
Prudentius Grossius.				fol.	107.
Provincialium Poloniae series.				fol.	148.
Posnaniensis Conventus erector.				fol.	213.
Plocensis Conventus erector.				fol.	222.
Premishlensis Conventus erector.				fol.	223.
Petricoviensis Conventus erector.				fol.	237.
Panzentiarij Summor. Pontificum in Urbe Romana nec non Theologorum ac Confessorum Serenissimorum Regum Poloniae				fol.	191.
	R.				
Raymundus Charzewski				fol.	70.
Raymundus Zukowski.				fol.	119.
	Ray-				

Raymundus Stoinski.		fol. 131.
Raymuodus Boguszewski,		fol. 67.
Raphael Kujawski,		fol. 99.
Raphael Pułkiewicz,		fol. 112.
Reginaldus Koprowski,		fol. 114.
Roxolanus Magister.		fol. 68.
Rzytomirz in Oppido MM.		fol. 36.
Roxiceensis Conventus erectio.		fol. 284.

S.

Sodoch cum 49. Fratribus.		fol. 25.
Samuel de Lublno.		fol. 84.
Severinus ex Infidel. Iudeis.		fol. 49.
Severinus Oztko.		fol. 97.
Seraphinus Sadkowski.		fol. 65.
Seruatus Miller.		fol. 101.
Sigilmundus Grycyni.		fol. 94.
Sigismundus Mialkowski		fol. 47.
Societas Peregrinantum inter Gentes propter Christum		fol. 145.
Sandomiriens S. Jacobi Apost. & alterius Con. D. Mariæ Magdalena		
tra muros erectio		fol. 210.
Siradiensis Conventus Erectio		fol. 228.
Sochacovien Conventus erectio.		fol. 223.
Samboriens Conventus. erectio.		fol. 255.
Sredensis Conventus erectio.		fol. 258.
Sophiboriensis Conventus erectio,		fol. 284.
Stanislaus Kokoszka.		fol. 41.
Stephanus Woznicki.		fol. 78.
Stephanus Przybyło,		fol. 120.
Stephanus Hyacinthus Swetopełk		fol. 189.

T.

Thadæus Slewicz,		fol. 75.
Theophilus Grodecki,		fol. 135.
Thomas de Grossis		fol. 29.
Thomas Wolfski.		fol. 61.
Thomas Hulewicz.		fol. 67.
Thowas Schultz,		fol. 78.
Thomas Olszanowski		fol. 116.

P

Thomas Zwan.	-	-	fol.	121.
Timotheus Makolski.	-	-	fol.	70.
Thomas Frydrychowicz,	-	-	fol.	93.
Thomas Mozdzianowski,	-	-	fol.	136.
Thomas Engwer	-	-	fol.	96.
Thomas Gwiazdowski,	-	-	fol.	104.
Trewoli in Oppido MM.	-	-	fol.	36.
Torunensis Conv. erectio.	-	-	fol.	227.

V.

Vaclaus, Ladislaus & Vislaus.	-	-	fol.	27.
Valerianus Grocholski,	-	-	fol.	126.
Valerianus Wałęcki,	-	-	fol.	134.
Veaceslaus Ieski,	-	-	fol.	85.
Vitus in Lithuania,	-	-	fol.	30.
Vincentius Novitius,	-	-	fol.	45.
Vincentius Kuleza,	-	-	fol.	130.
Vlricus Frisacensis,	-	-	fol.	22.
Vrbanus Bachrynowski,	-	-	fol.	121.
Vrbanus Moczydłowski,	-	-	fol.	68.
Vronecensis Convert. Erectio.	-	-	fol.	253.
Varsaviensis Conv. Erectio,	-	-	fol.	261.
Vareicensis Conv. Erectio,	-	-	fol.	226.
Vlodimiriensis Conv. erectio,	-	-	fol.	261.

Z.

Znenensis Conventus erect.	-	-	fol.	258.
Zmigrodienensis Conv. erectio.	-	-	fol.	280.

F I N I S.

Pp

Erra-

Errata.

Corrigē.

Fol. 17.	V. 12.	quærtus.	-	-	Lege quartus
Fol. 35.	V. 14.	Candelabis	-	-	Candelabris,
Fol. 36.	V. 16.	Lubaktow	-	-	Lubartow,
Fol. 43.	V. 18.	Villam,	-	-	Vilnam.
Fol. 50.	V. 13.	Leovaliensis,	-	-	Covaliensis.
Fol. 82.	V. 8.	Tomo,	-	-	Typpo.
Fol. 86.	V. 20.	Explectorum,	-	-	Expletorum,
Fol. 95.	V. 26.	Pustinus,	-	-	Justinus.
Fol. 96.	V. 26.	Sasecki,	-	-	Sapecki.
Fol. 97.	V. 28.	Otęko,	-	-	Otzko.
Fol. 100.	V. 18.	Lalatari,	-	-	Salazari.
Fol. 104.	V. 21.	Gniazdowski,	-	-	Gwiazdowski.
Fol. 106.	V. 21.	Lubonidzki,	-	-	Lnbowidzki.
Fol. 112.	V. 24.	Spuskiewicz,	-	-	Puskiewicz,
Fol. 113.	V. 5.	Lerzeczkowski,	-	-	Krzeczkowski.
Fol. 121.	V. 15.	1082.	-	-	1682.
Fol. 128.	V. 21.	Baci,	-	-	Bajci.
Fol. 132.	V. 8.	Fagorowski	-	-	Zagorowski.
Fol. 134.	V. 14.	Gwałecki,	-	-	Wałecki.
Fol. 137.	V. 29.	Posuaniż,	-	-	Siradiz.
Fol. 139.	V. 17.	Potiribus,	-	-	Prioribus.
Fol. 14.	V. 5.	Ruionensis.	-	-	Avenionensis.
Fol. 148.	V. 4.	Profuit.	-	-	Præfuit
Fol. 19.	V. 7.	R.R.P.	-	-	R.P.P.
Fol. 149.	V. 23.	Mumonem lege Munionem,	-	-	
Fol. 153.	V. 15.	3536.	-	-	1536.
Fol. 157.	V. 7.	Nemæ	-	-	Romæ.
Fol. 169.	V. 5.	1740.	-	-	1749.
Fol. 176.	V. 29.	Digitate.	-	-	Dignitate.
Fol. 196.	V. 3.	1723.	-	-	1723.
Fol. 203.	V. 26.	2688.	-	-	1688.
					Fol.

Errata

Corrigē.

Fol. 211. V. 11. Szustopełko	11. Szwatopełko	11. Swatopełko.
Fol. 213. V. 11. Refectissimam	11. Refectissimam	11. Refectissimam
Fol. 213. V. 13. Excusserunt.	13. Excusserunt.	13. Combusserunt.
Fol. 215. V. 2. Coloniz	2. Coloniz	2. Poloniz.
Fol. 223. V. 11. Incolit.	11. Incolit.	11. Incolit.
Fol. 228. V. 16. Senori.	16. Senori.	16. Senolle intelligere.
Fol. 243. V. 20. Consularum.	20. Consularum.	20. lege Calularum.
Fol. 243. V. 24. Altri,	24. Altri,	24. Altari.
Fol. 245. V. 24. Procōssionibus,	24. Procōssionibus,	24. Processionibus.
Fol. 247. V. 1. Medietate.	1. Medietate.	1. ✓ Medietate.
Fol. 247. V. 10. Præstititis,	10. Præstititis,	10. ✓ Præstitit.
Fol. 248. V. 5. Mgnici,	5. Mgnici,	5. ✓ Magnifici.
Fol. 248. V. 13. Desuriano.	13. Desuriano.	13. de Suriano.
Fol. 248. V. 20. Fudatna	20. Fudatna	20. Fundata.
Fol. 248. V. 25. Hateronymo,	25. Hateronymo,	25. Hieronymo.
Fol. 243. V. 3. Refectorum,	3. Refectorum,	3. Refectorium.
Fol. 253. V. 3. Cofixi.	3. Cofixi.	3. Cōfisi.
Fol. 269. V. 4. Perjolitantium.	4. Perjolitantium.	4. perclitantium.
Fol. 270. V. 7. 2605.	7. 2605.	7. 1605.

